6
31-a
37

6
15 C
63
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE

20
f

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-31 a 37

20
f
165

20-9-16

Digitized by Google

Digitized by Google

LUDOVICUS ET STANISLAUS

TRAGICO-COMOEDIA:

ACTA PRIMO CORAM AUGUSTISSIMA REGINA
Luſitaniæ, & Sereniſſimâ Principe Aſturiarum:
Rurſùs coram Potentiſſimo Rege
JOANNE V.
& Reginâ, Sereniſſimis Principibus
Braſiliæ, Sereniſſimo Infante, ejusq̃
germano Fratre, ac infinito
Purpuratorum concurſu:
Tertiò coram Auguſtiſſima Reginâ, ſpectante iterum
Sereniſſimâ Principe Braſiliæ:
Quatèr deindè data Civitatis Proceribus, & frequentiſſimæ omnium
ordinum multitudini in Collegio Spiritûs Sãcti ab Academia Eborenſi,

AUTHORE
P. M. PETRO DA SERRA
è Societate JESU Theologo, olim in eâdem Academiâ
Rhetorices Profeſſore Primario anno
M.DCC.XXIX.

EBORÆ,
Cũ facultate Superiorũ, ex Typographia Academiæ. Anno Dñi.
M. DCC. XXX.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE
COLL. ROM. SOC. IESU
Digitized by Google

Digitized by Google

LICENÇAS

Do Santo Officio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

O P. M. Fr. BOAVENTURA DE S. GIAM, Qualificador do Santo Officio, veja a obra, de que ſe trata; & informe com ſeu parecer. Liſboa Occidental 16 de Mayo de 1730.

Fr. R. Lancaſtre. Cunha. Cabedo.

EMINENTISSIMO SENHOR.

VI a Tragicomedia, de que trata a petiçaõ; & nella naõ ha couſa, que deſdiga da pureza de noſſa Santa Fè, ou bons coſtumes. Liſboa Occidental no Hoſpicio do Duque 25. de Mayo de 1730.

Fr. Boaventura de S. Giam.

VIſta a informaçaõ, podeſe imprimir a Tragedia, de que ſe trata; & depois de impreſſa, tornarà para ſe conferir, & dar licença, que corra, ſem a qual naõ correrà. Liſboa Occidental 26. de Mayo de 1730.

Fr. R. Lancaſtre. Cunha. Teixeira. Sylva. Cabedo. Soares.

Podeſe imprimir a Tragedia, de que ſe trata, & depois de impreſſa tornarâ, para ſe conferir, & dar licença, para que corra. Lisboa Occidental 21. de Junho de 1730.

Gouvea.

Do Ordinario.

Como pede: & impreſſa torne, para ſe dar licença para correr. Evora 1. de Setembro de 1730.

Alvres Cidade.

Do Paço.

O P. M. D. Fr. ANTONIO DO SACRAMENTO da Ordem dos Pregadores veja o papel, de que eſtá petiçam trata, & pondo nelle o ſeu parecer o remettà à eſta Meza. Lisboa Occidental 20. de Julho de 1730.

Galvaõ. Oliveyra. Bonicho.

DOMINE.

Vidi librum, cui titulus, *Ludovicus, & Stanislaus Tragico-comœdia*, Authore Reverendiſſimo P. Petro da Serra è Societate JESU, Theologo;

DOMINÆ

D. MARIÆ-ANNÆ

Principi Braſiliæ Sereniſſimæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COEpit amare confidentior, Princeps Sereniſſima, verendam facilitatem ingenii Tui Ludovicus, & Stanislaus Tragico-comœdia, poſtquam ſemel, & iterum à Te excepta manifeſtis gratiæ ſignis Tibi debet, quidquid

Digitized by Google

univerſim ſibi applauſum eſt. Trepida quidem, & verecunda prodiit in theatrum, quod oculatiſſimis ſpectatoribus ſolito frequentius Tua fecit præſentia; habuit tamen communem approbationem, quia viſa fuit probari Tibi. Nam, ut eras interim majus ſpectaculum, & oculos aſtantium in tacitam admirationem Tui convertebas, quandiu majeſtate per ſe gravi, ac ſerenâ ſpectâſti; & pendentes à Te plauſus excitabas toties, quoties modeſtiſſimâ alacritate geſtûs annuiſti. Tanta vulgò cōmendatio, tantaque invaluit opinio de judicio Tuo præcoci maturitate felici, ut vel eruditi homines propriis ſuffragiis diffidentes, id laudarent vehementiùs, quod ex Te dignum laude æſtimaverant. Igitur audet illa rurſus publica judicia periclitari Tuo inſcripta Nomini, à quo tantum ſibi ſperat favoris, quantum olim accepit à nutibus. Nec verò erat niſi Tuo unius Nomini inſcribenda; ne, cùm Tua ſit, inſcriberetur alieno. Eſt enim Tua certè, quæ gratiâ præcipuè Tui meditata nobis, dataque fuit maximo, quo fieri potuit, apparatu. Ac ex hoc tantùm titulo carmen id genus ſibi vendicant Principes per omnia felices, in quibus ſcilicèt nihil turbulentum, nihil difficile vel Tragœdiæ plenè lugubri, vel Tragico-comœdiæ ex parte triſti argumentum ſuppeditat. Quocircà rogatus Euripides ab Archelao Macedonum Rege, ut de ſe Tragœdiam evulgaret, quando prono ad id calamo quinque fabulas

ologo; nihilque in eo reperi, quod lædat jura hujus Regni: imò quia tam ingenioſum, & eruditum, prælo mandandum digniſſimum arbitror. Ulyſſipone Occidentali è Regali Conventu Prædicatorum die 13. Auguſti 1730.

Fr. Antonius à Sacramento.

QUe ſe poſſa imprimir, viſtas as licenças do Santo Officio, & Ordinario: & depois de impreſſo tornarâ à Meza para ſe conferir, & taxar; que ſem iſſo naõ correrâ. Lisboa Occidental. 25. de Agoſto de 1730.

Pereira. Teixeyra. Bonicho. Rego.

EStâ conforme com o ſeu Original. Convento da Boa Hora dos Agoſtinhos Deſcalços de Lisboa Occidental 27. de Abril de 1731.

Fr. Antonio de Santa Maria.

VIſto eſtar conforme com o Original pode correr. Lisboa Occidental. 30. de Abril de 1731.

Fr. R. Lancaſtre. Sylva.

POde correr viſto eſtar conforme com o Original. Evora 18. de Mayo de 1731.

Alvres Cidade.

§. 3

TAxaõ eſte livro em ſeis toſtoẽs. Lisboa Occidental. 5. de Mayo de 1731.

Pereira. *Teixeyra.*

Lectori præcautio.

Circa finem pag. 155 *lineâ antepenult. ubi eſt* Moloſſi, *repone* Vagant moloſſi: *cætera inoffenſo pede percurras.*

Digitized by Google

bulas ſuprà ſeptuaginta ſcripſerat, non modò negavit cõmodè poſſe fieri à tragico poetâ, ſed & ſuperos precatus eſt, nequid accideret cariſſimo ſibi capiti proprium Tragœdiæ. Fuit igitur mos ad noſtrum uſque tempus apud omnes, quos ſciam, conſtans, ut ad oblectandos impunè Principes hujuſmodi ſpectaculis, aliena tractentur argumenta, aut quæ liberum conſilium vatis maluerit, aut quæ opportunitas aliqua objecerit. Non vacat modò, neq́ intereſt per Tragœdias, & Tragico-comœdias tum veterum, tum recentium obvias cuique paſſim vagari; una tamen, vel altera, quæ ad Te, Tuosque attinet, præteriri non debet: ſatis exemplo eſt Adriani Jordani è Societate JESU, hominis in hoc ſcripti genere limati, & cui vel ipſe Latinæ Tragœdiæ parens Seneca invidere poſſet, *Suſanna Chriſtiana* Tragœdia, acta in Collegio Claromontano coram Atavo Tuo Ludovico XIV. Rege Chriſtianiſſimo; ac ſub præſidio tanti Principis mandata typis. Quotus enim quiſque neſciat Ludovicũ XIV. id eſt, regum miraculum, arbitrum regnorum, ſuorum amorem, metum exterorum, &, quæ concors totius orbis confeſſio eſt, prudentiſſimum caput, tantam feciſſe rerum ſcripturis de ſe copiam, quantâ felicia noſtri ſæculi ingenia fruuntur, & fruentur ſemper alia inexhauſtè? Sed maluit conſultus Poeta Virginem tragicè beatam ex Divorum Faſtis deducere in ſcenas, quàm fortunatiſſimi Regis præſenti-

ſentiam funeſtare ineptâ fabulâ. Quo etiam conſilio factum arbitror, ut Tragico-comœdia *Manaſſes Reſtitutus* appellata, authore Ludovico Crucio è Societate JESU, pararetur ab Academia Eborenſi Eduardo, & Alexandro Theodoſii Ducis Brigantini Filiis, quorum felicitas, & gloria propagata longè ab Atavis Regibus ad Reges Nepotes tanta eſt, ut incerta nunc hæreant judicia, utri magis gratulari debeant, Tibi, quæ Sereniſſimo Principi locata ex Brigantinæ Gentis gloriâ Tuam in majus auxiſti; an Feliciſſimo Conjugi, qui ſuam auxit ex Tuâ? Ergò quærendum erat argumentum præſentiâ Tuâ dignum, & quod probarent exempla majorum; niſi quòd Ludovicus noſter, & Stanislaus tunc temporis in Divorum Faſtos relati ab hac me anxietate inveniendi aſſeruere. Suſceperunt illi quidem agendi partes ſuo potiùs jure, quàm meo aliquo conſilio; nihil tamen religioni, nihil pietati Tuæ in tam teneris adhuc annis robuſtæ contingere potuit accommodatius, quàm Sanctiſſimorum Juvenum virtutes, geſtaque viriliter habere præ oculis; Societati verò noſtræ, an Tuæ, nihil glorioſius, quàm Te in meliorem ſui gaudii, quo geſtiebat, partem veniſſe. Permitte igitur, Sereniſſima Princeps, ut Tibi redonemus hoc tantillum meæ tenuitatis munuſculum, ſed Te dignum certè, quia Tuum eſt; & Tuum, quia Tibi jam ſemel fuit acceptum: meum erit pro his tam excellentibus beneficiis habere

gratias,

gratias, & Deum precari identidem, ut Te diu incolumem, feliceinque conſervet.

Celſitudini Tuæ devotiſſimus

Petrus da Serra è *Societate JESU.*

Digitized by Google

Digitized by Google

LUDOVICUS, ET STANISLAUS

TRAGICO-COMOEDIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Compendium Argumenti.

QUo anno M.D.LXVIII. VII. idus Martii natus fuerat Ludovicus Gonzaga Italus è Societate JESU, D. Ferdinandi Gonzaga Marchionis de Caſtilhone filius hæres, Stanislaus Koſtka Polonus ejuſdem Societatis Tyro, clariſſimi viri Joannis Koſtka filius natu minor, mortuus eſt Romæ poſtridiè idus Auguſti. Par uterque alteri nobilitate, laude quoquè virtutis heroicæ ſimilis vixit. Admirationi præſertim fuit tenax voti cōſtantia, quâ per obſtantes difficultatum cumulos in Societatem emerſerunt. Quamobrem SS. P. BENEDICTUS XIII. Sanctorum Faſtis dignos pronuntiavit, exeunte anno M. DCC. XXVI.

OEconomia Poëtica.

Ludovicus Actor, & Imitator; Stanislaus Prototypon, & Fautor inducitur. Primus Actus erit: Votum Ludovici de petendâ Societate JESU emiſſum ad exemplum Stanislai. 2 Actus: Obſtantium difficultatum cumulus à Patre, Patruo, & Dæmone objectus, ne fiat voti compos; ſed monitis Stanislai ſuperatus. 3 Actus: Solemnis Principatûs renuntiatio, & in Societatē ingreſſus, rem conficiente Stanislao divinitùs. 4 Actus: Vita, & mors Ludovici in Societate Stanislai vitæ, mortique ſimilis. 5 Actus: Gratulatio Ludovici, & Stanislai in Cœlo, ubi utrique aræ ab Eccleſiâ Militanti univerſâ olim ponendæ decernuntur.

PERSONÆ.

S. Ludovicus Gonzaga.
S. Stanislaus Koſtka.
S. Ignatius de Loyola.
Societas JESU.
D. Ferdinandus Gonzaga Marchio de Caſtilhone, Pater S. Ludovici.
D. Alphonſus Gonzaga Dominus de Caſtelguifredo Marchionis Frater.

Rudol-

Rudolphus S. Ludovici Frater Minor.
Præfectus de Caſtilhone.
Ticianus S. Ludovici Moderator.
Apollonius Rudolphi Moderator.
Cubicularius.
Auriga.
Marcus Eremita.
Rufillus Magus.
Miniſter Ruffilli Magi.
Dæmon.
Duo Citharœdi.
Quatuor Portitores.
Tres Venatores.
Fama.
Juſtitia Divina.
Angelus Cuſtos Ludovici, & plures alii.
Chorus in Orcheſtrâ, poſt Scenas, & in Theatro.
Chorus verſatilis.

PROLOGUS.

Hæc Chorus *ex Orcheſtrâ.*
Age deſtinata Scenæ,
Age Turba, rumpe velum:
Malè gaudium moraris,
Malè Scena deliteſcit:

Age Turba, rumpe velum.
Obſtruit luſus puerilis aures
Heu ! nocens luſus, gravis, heu! moleſtus:
Heu ! preces temnit nimium ſuperba
Turba cothurnis.
Sed fatigemus precibus negantem,
Fortiùs molles feriamus aures:
Rumpite o, o rumpite, rumpite o, o
Rumpite velum.

Amoto Sipario , Interlocutores ferè omnes longo, & ſpe-ctabili ordine apparent in Palatio.

Chorus in theatro *Societati gratulatur.*

Euge ! beata
Prole Gemellâ
Mater habenda;
Euge ! Parentes
Inter habenda
Prima ſecundas.

Societas *è Solio.*

Canora Pubes, invidia Siculi vadi
Miſeras trahentis ſubdolo cantu rates
Ad ſaxa; voſque, Fabulæ Actores Piæ,
Adeſte, ſocco nixa pars altera levi,
Altera cothurno grandiùs ſurgens gravi:
Paucis docebo, quidquid intereſt agi;

Paucis

Paucis monere multa Sapientes ſat eſt.
Jam longa Titan ſpatia dimenſus poli,
Calcata relegit aſtra fulgenti rotâ,
Poſtquam benignâ, mihique meliori comâ
Duplici notandam calculo ſparſit diem,
Quâ Rex Sacrorum Summus altiùs Jugo
E Vaticano ſuſtulit cœlo caput
Honore regni triplicis, & curis grave.
O me Parentem Prole felicem meâ!
Dum perſpicaci penetrat arcanum Jovis
Lumine Palatium, inter aſtantes Deos
Gonzagam, & illi proximum Koſtkam videt
Septos beatâ luce Romanus Pater;
Placavit ergò primus Indigetes Novos
Precibus ad aram murmurans, frugeque ſacrâ
Stipatus undique gente ſacrificâ latus:
Indèque per orbis ambitum, quantus patet,
Juſſit calere templa odoratis focis,
Anteque dicatas Filiis aras meis
Vigilare ab alto penſiles ignes tholo.
O me Parentem Prole felicem meâ!

Chorus *in theatro.*

Euge! beata
Prole Gemellâ

Digitized by Google

Mater habenda;
Euge ! Parentes
Inter habenda
Prima ſecundas.

Proſequitur Societas.
Aperire corde gaudium incluſum juvat
Veſtrâ, Juventus, operâ, in intimo ſinu
Quam foveo Mater, pectoriſque ſucco alo;
Merui equidem, Gonzagaque meruit meus,
Doctas amantibus additus Fautor Deas.
Igitur parate Fabulam dignam mei,
Non futilem, & inanem; ſed animoſam, gravem,
Credibilem, & aptam temporibus, actis benè
Rebus refertam; denique ſibi ipſi parem;
Nam carmen effutire dedecet leve
Tragicos Poëtas: fingite, modeſtè tamen.
Siquis rogabit fortè, quem titulum datis?
Nudumq́, ſimplicemq́ volo: LODOIX erit,
Et KOSTKA; compoſitus enim exemplo caret.
Materia ponit ipſa Fabulis modum,
Heroſque titulum Comicos apud ſenes,
Tragicoſque Patres, quotquot aut Roma peperit
Fœcunda vatum, aut Græcia prior nutrîit,
Aut non pudenda hæres utriuſque genui,
Ut penè vacuas rurſus in ſcenas darem.

Atta-

Attamen in uno deviare vos licet;
Nam, quod opus eſt, licere vatibus reor:
Unica videlicèt Actio dabit Duos,
Quos una vivos non ſuperfulſit dies.
Hæc mora, labor hic,hæc trita nullo eſt via pede;
Sed hæc tenenda : obtemperantibus favet
Eventus : ac ibitis inoffenſo gradu,
Hoc ſi cavetis, ne laborent ſimul idem
Gonzaga, Koſtkaque agere : fingitur malè,
Quidquid negare facilè ſpectator poteſt.
Vivus agat alter, alter & agentem regat
Defunctus, interque ſuperos vivens Deos.

Angelus *mollitèr è cœlo labens*
cantu ſuo Actores hilarat.

Siſte pennatas, Aquilo, quadrigas,
Hìc, ubi cives Lodoix moratur,
Dum cothurnatas meditatur olli
Elbora Laudes.

Angelus alius *è regione.*
Me quis elatum Zephyrus reponat
Hìc, ubi centum ſonat, euge Koſtka,
Dum theatralis meditatur olli
Gaudia Pubes?

Ambo ſimul *Ludovico, &*
Staniſlao gratulantur.

Ergò duobus
Læta canamus,
Carmina demus
Læta duobus.
Vivite Noſtræ
Gloria Turmæ;
Vivite Gentis
Gaudia Veſtræ;
Vivite Patris
Gloria Duplex;
Vivite Caſtæ
Pignora Matris.

Jam in theatro, evaneſcentibus nubibus, Chorum invitant ad plauſus.

Tu quoque major
Facta cothurnis
Carmina miſce,
Muſica Pubes.

Duo Angeli, & Chorus.

Vivite

Vivite Fratres
Gaudia Divûm;
Vivite Duplex
Gloria Matris;
Addita Fratres
Sydera cœlo;
Addita terris
Numina Fratres.

Angeli *Societati hæc canentes.*

Prole bis Mater Geminâ Deorum,
Lude, bis felix, hilaris theatro,
Dum polus geſtit; tua nanquè tangunt
Gaudia Divos.
Quæ velis, nobis jubeas paratis;
Scimus alternos iterare cantus;
Scimus Actores Pueris remiſti
Dicere verſus.

Societas.

O cura ſuperûm commodis ſemper meis
Intenta, ſemper munera cumulans novis
Muneribus! Aliud jam mihi ſupereſt nihil,
Niſi dare fuſas lætitiæ habenas, Deo

Grates,

1* Interje-ctâ Ul-timâ, & Minori Scenâ, diſparet Socie-tas.

Grates, agendis ordinem, Acturis locum.
Diſparet Societas; Actores abeunt. 1*

Angeli, & Chorus *canentes.*
Vivite Fratres
Gaudia Divûm;
Vivite Duplex
Gloria Matris;
Addita Fratres
Sydera cœlo;
Addita terris
Numina Fratres.
Abit Chorus. 2*

2* Interji-citur Scena Media, & Ma-xima, quæ ſuâ mole,& picturâ Palatiū claudit.

Angeli *hæc canentes, dum in cœlum revolant.*
Augeat cœlum meritos honores,
Et ſolo Noſter Chorus adlaboret:
Dignus eſt tanto Lodoix theatro,
Koſtkaque dignus.
Sæpiùs Scenæ dabimus frequenti
Copiam noſtri reduci volatu:
Nunc poli Cives patrias Deorum
Scandimus Urbes. 3*

3* Evolat Scena Media. Conver ſæ thea-tri Sce-næ, ipſûque mutatū poſtſce-nium,& laquea-re utri-uſque

Fama

Fama volanti curru vaga cantu ſuo cives invitat ad ſpectaculum, præcinente tubâ.

Auſa pennatum cohibere monſtrum,
Pegaſum tardè jubeo volare,
Dum Poëtarum refero paratus
Nuntia veri.
Quà frequens Muſis, ſuperisque Divis
Urbis inſidit Domus Alta muris,
Stat Sophoclei Pueris dicata
Pompa Theatri. 1*
Hîc tibi verſus, Lodoix, Poëtæ,
Hîc parant Koſtkæ nimiùm propinqui:
Jam bibo ſemper vigili ſonantes
Aure Cothurnos.
Ergò, Sertorî Generoſa Proles,
Et novus ſiquis tenet hoſpes Urbem,
Curre feſtinans, facilisque tempus
Perde lucrando. 2*

ſylvā repræſentant, quā ſuâ mole, & picturâ Scena Ultima claudit.

1* Interjicitur Scena Media, quæ ſuâ mole, & picturâ ſylvam claudit.

2* Evolat Scena Media. Converſæ theatri Scenæ, ipsúque mutatū poſtſceniū, & laqueare utriuſque Palatiū repræſentant, quód ſuâ mole, & picturâ Scena Ultima claudit.

PERIO-

PERIOCHA

Actûs Primi.

Pater Petrus Caniſius è Societate JESU, repugnantibus multis, adſcribi Suis Stanislaum fecit. Hic idem libellum æquè eruditum, ac pium publicavit, quem lectitare ſolitus erat Ludovicus, qui hac occaſione plenam de Stanislao notitiam accipit ex Apollonio; & multa ſecum volutans, ſequi tandem præeuntem Stanislaum convenientiſſimum ducit. Hanc mentem Apollonius Rudolpho ſuo non modò renuntiat, ſed multo etiam verborum ambitu operam ſuam venditat, gratulaturque, quòd abdicato à Fratre Principatui ſufficiendus ſit. Ludovicus interim ad Virginis Deiparæ affuſus aras, conſilium, opemque efflagitat; quem Virginis Signum manifeſtâ voce alloquitur. Tanto favori, & affectûs vehementiæ impar labitur in ecſtaſin. Ægrotantem Stanislaum videt, & ardentiſſimam febrim cœlo querentem. Dæmon canem indutus ſtrangulare conatur agentem in mortis viciniâ; at Virgo imperio, præſentiâque ſuâ Monſtrum fugat; Stanislaum hortatur, ut Societatem petat; quod ille, emiſſo voto, ſpondet; Puerumque Salutis Aſſertorem, & ſalutem pariter à Virgine

Virgine accipit. Ludovicus ſibi redditus idem, ac per eadem feré verba votum emittit: præterea virginalem pudicitiam in gratitudinis ſignum Virgini dicat, quæ viciſſim grata illi per Angelum è cœlo mittit lilia ad geſtamen. At Marchio (cui Nati pietas jam diu ſuſpecta erat) cum Fratre Alphonſo iter adornat in Cazal-major, ubi recenſendus erat exercitus, quem primo vere in Tunetum duceret. Ergò è re fore ſuâ exiſtimans, ſi Ludovicus militum conſuetudine animum per ſe tenerum, ac pium paulatim efferet, eum viæ accingi imperat.

ACTUS I.
Scena I.

Ticianus, Apollonius, Ludovicus.
Ticianus, *Ludovicus interim ſedens remotus legit librum.*

O ſumme Rector Principum, cujus cadunt,
Conſtantvè regna nutu ineluctabili,
Qualem recumbit vetus in hæredem Domus,
Te dante! Cernis, Apólloni, ut Lodoix meus
Nimis operoſo ſolus otio vacat?

Apollonius.

Tam pertinacis nullus eſt ſtudii puer.

Ticianus.

Magis ego miror, quòd varia, multaque liber
Edoceat unus, quæ decent, & dedecent
Vel principem, vel Chriſtianum, vel ducem;
Civilia, religioſa, bellica.

Apollonius.

Tot capi
Credam libello! Cujus eſt?

Ticianus.

Opuſculum...

Ludovicus.

Pulcherrimè! o ſententiam dignam cedro!
Surgit, & colloquentes adit.

Arat

Atat ego jamdiu gemens, tardus, gravis
Sub onere, ſarcinâque fortunæ moror.
Ticiane, multùm principes purpura gravat.

Ticianus.

Fit leve ferendo, quidquid abjicere eſt nefas.

Ludovicus.

Quod tardat in cœlum gradus, non fit leve.

Ticianus.

In quæ incidiſti monſtra verborum?

Ludovicus.

Lege. 1*

1* Tradit librum, & locũ docet: *Qui nudus.*

Ticianus *legens.*

Qui nudus eſt, Chriſti expeditus eſt pugil.

Ludovicus.

Inferiùs. 2*

2* Digito lineam indicat.

Ticianus *legens.*

Qui nudus alto pendet è ligno Deus,
Ad aſtra nudos meliùs eniti probat.

Ludovicus.

O quàm multa paucis! quam benè!

Ticianus.

Semper aliquid Caniſius docet tuus.

Apollonius.

Quis? nempè nominas pium, ac doctum virum.

Ticianus.

Jam credis ergò tot libello res capi.

Ludo-

Ludovicus *Apollonio.*

Nôſtinè Patrem?

Apollonius.

Scilicèt novi caput
Superis amicum, illisque proximum; virum
Acrem, & potentem ſemper eloquio; ſenem
Facem juventæ, & rebus authorem piis;
Orbis magiſtrum; grande Jeſuadûm decus.

Ludovicus.

Expertus ipſe ſcio, quid eloquio valet
Caniſius.

Apollonius.

Sed fortiùs animos movent
Quæ verba, ferveſcente ſpiritu, coquit
Vitalis ardor, & facit præſens vigor,
Quàm, quæ tacentes ſuggerunt oculis libri.

Ludovicus.

Scio quoque. Plenam trade notitiam viri;
Quando incidentem trahere ſermonem vacat.

Ticianus.

Solos morari oportet; haud vacat mihi. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ ſuâ mole, & pictûrâ Palatiũ claudit.

SCENA II.

Apollonius, Ludovicus.

Apollonius.

Nondum Rudolphi cura mihi, nec erat tui

Cura

Cura data Ticiano; Pater cælebs adhuc
Dignos ſui Hymenæos adorabat procus;
Cùm me, vetuſto jure famulatûs ſuum
Juſſit Alemanniam ire...

Ludovicus.

Rumpe malas moras
Properans in eventus..

Apollonius.

Agebat hîc Gregis
Curam Paterni maximam egregius Senex,...

Ludovicus.

Quem tu, potentem dicis eloquio virum,
Facem juventæ, & rebus authorem piis:
Satis hæc, ſupèrque capita laudum, ſi probas.

Apollonius

Quæ audire mavis, mentis interpres ſcio.
Nihil augeo: Caniſio, vidi, duce,
Juveneſque, pueroſque dare Jeſuadûm piæ
Nomina Cohorti, milites Chriſti novos:
Vidi per ardua difficultatum juga
Sternere viam inviam, & triumphanti pede
Calcare gazas, purpuras, minas, preces.
Appello Stanislaum, tibique ſit ſatis
Hoc grande nomen. O Puer macte! imò Vir;
Nam, qui viriliter agit, hic certè vir eſt.
O gloria Societatis!..

Ludovicus.

Ita demùm places:
Implevit aures hoc quidem nomen meas
Quandoquè, rumor ſed fuit votis minor.

Apollonius.

Vienæ in urbe, barbaro quondàm oppido,
Nunc Urbis invidiâ, & capite ſacri Imperî,
Patriâ Polonus, nobilis genere Puer
Muſis vacabat, regiæ titulos Domûs
E literis aucturus in majus ſuis.
Hæc Koſtka, dum majora molitur Deus.
Provida futuri multa mens fruſtrà cavet;
Nos cæca fatorum rapit vis, quò vocat.
Scilicèt inexpectata manus aliò trahit
Puerum volentem: nulla credit, quæ citò
Pereunt: laborem inutilem ſtudium vocat,
Niſi quisque notum fugere ſeſe didicerit:
Tædet paleſtræ, barbiti, jaculi, pilæ,
Quæ addere volanti tempori pennas ſolent.
Stat mente fixum altâ religioſos lares
Aulæ anteponere, patriæ exilium, ſuis
Extraneos. nam fervet in venis amor
Virtutis, imaque ad oſſa ſtimulatum ciet.
Sic ubi fugacem vidit occultus feram
Venator, improviſa tela dirigit;
Volat haſta, ſanguinemque ſub jecore bibit.

At

At cervus impatiens in amotas aquas
Ruit per altum nemus, & avias loci
Latebras : ſolicitat intimum ferri gelu
Calorem, anhelum pectus exercet ſitis:
Stant ſocia cervorum agmina attonito metu
Stolida, nec,undè vulnus illatum, vident;
Pars ſequitur , & morſu ſupervacuo cutem
Tentat , ſagittam vellicat ; creſcit dolor
Medendo, ſtridetque altiùs fixum latus.
Haud ſecùs ab altâ nube ſpeculatus Deus
Koſtkam vagantem, & rebus intentum ſuis,
Transfixit altè neſciâ erroris manu.
Quid ſaucius agat ? cuncta præcipitat ſtatim;
Stupent clientes ; Frater obſtat malè pius;
Obſtant amici ; obſtare creditur Pater;
Miſcentur omnia ; magna geritur res domi.
At Koſtka eodem perſtat immotus animo;
Repugnat, & per invia abrumpit viam.
Jam candidatus ambitu Patres pio
Corrumpit, adſcribique Jeſuadis rogat.
Sperare poterat, quod Patris vetuit dolor,
Iraque timenda. Fulmina coruſcant quoquè
Sua principes, quandoquè non æqui Joves.
Quid inde? cedat? differat? animo cadat?
At è propinquo urget Deus, vocat, trahit.
Inſiſtat ? at nulla patet inceptis via,

Fortuna multis ipſa naſcendi nocet.

Ludovicus.

Heu quale refricas vulnus ignarâ manu!
Subtexe, quidquid reſtat.

Apollonius.

Exitus hic brevis.
Unus repulſæ ſupererat portus rati
Tentandus: aberat hinc procùl Caniſius,
Caniſiumque conſulere Patres jubent.
Ergò (vocantis tanta vis rapit Dei!)
Pannoſus, & mendicus, ignotus, pedes
Stratam periclis undiquè arripit viam.
Et jam petitæ ingreſſus Auguſtæ fores,
Citiùs adimplet vota, quàm effundat ſinu:
Nam, quæ parabat, occupat vates prior
Caniſius, dùm brachiis collum tenet:
Quod debet, inquit, velle, cenſetur Parens
Probare: noſter igitur eris, hinc jam meus:
Viciſſe temet gloria tua eſt; mihi dabis
Laudem ſequendi proſpero victum pede.
Hæc ipſe quondàm mihi renarrabat Pater.

Ludovicus.

Dic, ſiquid ulterius habes; audio libens.

Apollonius.

Non benè tenacis plura, maximaque labant
Vitio memoriæ; ſed facilè nimiùm potes

Hæc

Hæc ſcire; nam te ſingula docebit Pater,
Arcana mentis cujus auribus tuæ
Sæpè inſuſurras, ut potentibus piet
Verbis premenda ſilentio crimina ſacro;
Novit etenim, neque facinora tanti piget
Memorare Socii.

Ludovicus.

Satis, abundèque eſt.

Apollonius.

Mihi
Abire per te liceat.

Ludovicus.

Hîc ſpatior brevì.

SCENA III.

Ludovicus.

Ergò receptus arce ſecuræ Domûs,
Portum ſubivit Koſtka, & altus deſpicit
Exercitatas turbido rates mari:
Nos fluctibus jactamur infidi æquoris,
Damusque vela, quò licet, quò non licet,
Periculorum non ſatis docti undiquè
Natantium. Eheu! prora jam diu gemit
Invita; ſed avidam procùl littus fugit.
Gonzaga, quæ te Remora, qui nodus tenet?

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ergà Patrem intemeranda pietas; ſed etiam
Parere pietas eſt Deo: hic vocat; Pater
Audire prohibet: elige; alteri tibi
Parere fas eſt, & opus: age. Tenet Pater:
Spernam Parentem; ſed piè? Vocat Deus:
Spernam vocantem; ſed piè? O nodum rei!
At Koſtka Patrem ſprevit, & tamen pius.
Credo; at nec omnia omnibus ſemper licent.
Quid igitur? Eſto magiſtra conſilii mora. 1*

1* Cõverſæ theatri ſcenæ, ipſũque mutatum poſtſceniũ, & laqueare utriuſque Nemus repræſentant. Poſtſceniũ verò in pavimento Viridarium habet.

SCENA IV.

Apollonius, Rudolphus.

Apollonius.
Habes probatam rebus in tuis meam
Fidem, Rudolphe?
Rudolphus.
Debitam fidem probo.
Apollonius.
Probas amoris indicia?
Rudolphus.
Meriti quidèm.
Apollonius.
Probas ſolicitam, quam gero, curam tui?
Rudolphus.

Quor-

Quorſum hæc? mihi tua probata cura, amor, fides.

Apollonius.

Nunc, in quo habendus ſim tibi gradu, ſcies.

Rudolphus.

Novi quid affers?

Apollonius.

Poſſe quod fieri neges:

Felicitas, cùm maxima eſt, incredula eſt.

Rudolphus.

Fare citò: maximam odit impatiens moras

Erectus animus in ſpem:

Apollonius *in pedum amplexu.*

Ave, mi Marchio,

Hæres futurus Patris:

Rudolphus.

Hui! vivit meus

Gonzaga?

Apollonius.

Vivit adhuc; at in mortis jam agit

Viciniâ.

Rudolphus.

Heu! heu! dira fata! tam repens

Quod fulmen ignarum afflat? Hæc gaudia canis,

Funeſte Bubo? 1* 1* Tentat abire.

Apollonius.

Siſte; quid fruſtrà doles?

Rudolphus.

Permitte Fratris lumina ſupremâ manu
Componere morientis. Heu !

Apollonius.

Fruſtrà doles.

Rudolphus.

Ibo, ibo.

Apollonius.

Siſte, ſiſte, ne vano domum
Turbes tumultu : vivit.

Rudolphus.

In mortis jam agit.
Viciniâ.

Apollonius.

Valet.

Rudolphus.

Igitur inani metu
Me ludis ?

Apollonius.

Ipſe ludis interpres malus
Te ipſum.

Rudolphus.

Quid ergo ? Libera me per Deum
Hac curâ, Apólloni.

Apollonius.

Valet Frater, valet.

Eſt ante fata creditum vulgò mori
Genus virorum, (Religioſos nuncupant)
Qui ſemivivi mortuam vitam trahunt:
Defuncta luxu membra præcingunt malè
Ferali amîclo; pallet in genis color;
Extrema macies oſſibus jungit cutem;
Spretaque cadavera cellulæ anguſtæ domûs
Capiunt ſepulchris penè funereis pares.
Hi mente celſâ, corpore relicto in ſolo,
Purâ fruuntur luce propioris poli;
His ſordet aurum; purpuræ clarus nitor
Perſtringit oculos: quidquid eſt præter Deum,
Vocant caducum, fabuloſum, breve, nihil.
Diſce modò. Frater hoc genere vitæ mori
Deſtinat, & operâ faciet id brevì meâ.
Hinc Marchioni gratulor tibi novo;
Hinc, *in quo habendus ſim tibi gradu, ſcies.*

Rudolphus.

Palpando vulnus ſaucio infligis aliud,
Iramque prohibes: doleo ſaltem.

Apollonius.

Cur?

Rudolphus.

Amo.

Apollonius.

Mercede tantâ caritas vendi ſolet.

Rudol-

Rudolphus.
Mercede nullâ frater amitti poteſt.
Apollonius.
Quin rara fratres inter eſt gratia duos.
Rudolphus *leniori voce.*
Sentiſco Patrem fabulantem, & propè quidem.
Apollonius.
Quid nunc in horto? Nempè Pater, & hoſpes eſt
Alphonſus, internoſco per frutices duos.
Rudolphus.
Actutùm eamus, arbitros nullos ferent. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ mole ſuâ, & picturâ Nemus claudit.

SCENA V.

Ferdinandus Marchio, Alphonſus Frater.

Marchio.
Non periit adeò funditùs Romæ labor
Carthago, ut altus condat everſam cinis:
Super ruinas Tunetum Pœnas ſitum
Rebellat, Italiamque victricem ſemel
Laceſſit iterùm.
Alphonſus.
Deniquè in flammas ruat:
Quod ſtat reliquiis peius in ſuis malum,
Niſi ferrum, & ignis curet, incurabile eſt.

Mar-

Marchio.
Nunc peſtis illa generis humani nimis
Vicina bello arcenda Libyam in ultimam.

Alphonſus.
Hóc Chriſtiani poſtulant, cœlum probat,
Europa ſperat, arma jam diu fremens.

Marchio.
Sternere cruentos gentis infidæ greges
Differt mora brevis: quod modò inſtat, accipe:
Hiberna miles caſtra metatus procùl
Abeſt recenſendus, ducemque me ſuum
Moratur; ibimus ambo, militum manu
Stipante civicâ: placet?

Alphonſus.
Quid me rogas?
Tantùm jube: fac pariter, ut ſocius tuus
Gonzaga milites ſequatur; juvat enim
Aſſueſcere à teneris labori.

Marchio.
Benè mones
Patrem pudendi filii.

Alphonſus.
Meliùs Deus.

Marchio.
Aquila columbam genuit: o monſtrum patris!
Germane, ſanguis noſter in prælia micans,

Fer-

Fervenſque Nati friget in venis mei.

Alphonſus.

Puer eſt.

Marchio.

Ab ungue noſcitur tamen leo.

Alphonſus.

Perſæpè truncos pullulans ætas tegit:
Indicia fallunt ſæpè prudentes patres.

Marchio.

Genuiſſe vellem filium minùs pium.

Alphonſus.

Tenellus aliò ſurculus flecti poteſt.

Marchio.

Operam dabo quidem.

Alphonſus.

Hic eſt movendus nunc lapis. 1*

SCENA VI.

Ludovicus, Imago Virginis.

Ludovicus *flexis genibus*.

Quem fata votis exitum tandem dabunt?
Tu, Virgo, ſpes mea, mea cura, meus amor,
Monſtra tenendam, ſiqua panditur, viam.

Imago.

Gonzaga.

1* Evolat Scena Media. Converſæ theatri Scenæ, & laquearia Palatium repræſentant, poſtſeniū ædiculā Deiparæ ſacram.

Ludo-

Ludovicus.

Quis me ? ſomnio, an ludor vigil ?

Imago.

Gonzaga, *tua te cura , te tua ſpes vocat.*

Ludovicus.

O Virgo, Virgo; o Mater, ó certè Dea !

Imago.

Humana cuncta parva ſunt ; ſed ſpernere
Non parva res eſt. Ergò longus tibi labor,
Mora longa, longa reſtat audenti via.
Uſquè tamen inſiſte: dabit his finem Deus.

Ludovicus.

Collabor impar gaudio, & me mens fugit. 1* 1* Rapitur in ecſtaſim.

Imago.

Si nunc agenda diſcere exemplo velis,
Quid Koſtka, me ſuadente, fecerit, vide. 2* 2* Evolante Scenâ Ultimâ, apparet Staniſlaus in lectulo ſedens.

SCENA VII.

Staniſlaus *in lectulo*, Virgo *cum Puero*, Dæmon *canem indutus*, Chorus Angelorum *poſt ſcenas.*

Staniſlaus.

O, quæ ſalutis crederis potens, Dea,
Miſerere miſero, ferque mihi præſens opem.

Artu-

Artubus aduſtis, oſſibus inhæret calor,
Imasque paſcitur medullas febris edax:
Heu! uror; heu!

Dæmon *hîc exiens.*

Peribis, inviſum caput:
Hoc mittit auxilium Atropos mortis potens,
Hoc Pluto mittit, hoc & Infernæ Canes.

Stanislaus.

Accurre, Virgo.

Dæmon.

Virgines Furias voca;
Te ſatis amicis facibus Alecto fovet.

Stanislaus.

Accurre, Virgo.

Dæmon *accedens oppreſſurus.*

Strangulabo, ni taces.

Stanislaus.

JESU, Maria, ſtygiam abigite procùl Feram! 1*

Virgo *è machinâ cum Puero.*

Infame monſtrum, Cerbere cruente, quid hias?
Non hæc ſceleſtis præda debetur feris.
Recede.

Dæmon.

Nimium ...

Virgo.

Jubeo.

1* Cõverſū poſt-ſcenium Cœlum multis Angelis frequēs repræſentat.

Dæmon.

Potes.

Virgo.

Age, citò, jam;

Ne tanta ſuperas peſtis inceſtet plagas.

Dæmon, *& abit.*

Recedo: nimium Mulier, & Puer poteſt.

Stanislaus.

Quæ tam repentè clara tempeſtas domum
Serenat? Abîit fœdus umbrarum Arbiter;
Puer hîc adeſt, ſalutis Aſſertor meæ;
Hîc Mater, unica rebus afflictis ſalus.
O care Puer ? o cara Mater ! o meum
Columen ! Adoro, quo licet geſtu, Deos.

Virgo.

Habes propitium, Koſtka mi, JESUM tuum.

Stanislaus.

O dulce Nomen ! O potens Numen!

Virgo.

Licet

Ultrà placere, ſi ſapis.

Stanislaus.

Doce rudem

Magiſtra.

Virgo.

JESU Nomine inſignes viri

Stu-

Student ſaluti publicæ ...

Stanislaus.

Novi Patres.

Virgo.

Socios laboris, non pares titulo tenus
Diligit JESUS; diliget te quoque Puer,
Si *dulce Nomen*, & laborem amas.

Stanislaus.

Amo.

Virgo.

Si vis amatis ſocius adſcribi.

Stanislaus.

Volo;

Sed Pater inexorabilis terret minis.

Virgo.

Tu ſemper inſiſte: dabit his finem Deus.

Stanislaus.

Amo, volo, promitto, ſtatuo voti reus.

Virgo *Puerum tradens, & diſparet.*

Ergò propiori incipe frui Deo; & *Vale.*

Stanislaus.

Proh me beatum! . . . Gaudium vocem premit.

Chorus Angelorũ *poſt ſcenas.*

O Patris Soboles Jovis,
Matris delicium Deæ,

O cer-

Digitized by Google

O certè Puer elegans,
Mitis, bellule, blandule,
Dulci nectare dulcior:
O te crede Puellulo,
Da Koſtkæ Puerum tuo.
Ut ſtant impliciti ſimul!
Ut dant brachia collulis!
Quàm blandè refricant genas?
Quæ dant ſuavia mutua!
Qui riſus natat oſculis!
O totum cape corculo,
Totum, Koſtka, Puellulum.

Stanislaus.

Valere juſſus in lucro appono mori,
Ut te, Puelle, liceat æternùm frui.
Proh me beatum! .. Gaudium vocem premit.

Chorus Angelorum *poſt ſcenas.*

Unica Proles
Æqua Parenti,
Matreque major,
Pupule JESU;
Blandule, mitis,
Belle, tenelle,
Nectare dulci
Dulcior ipſo:
Oſcula Pupo

Fige petenti,
Oſcula figet
Mutua Pupus:
Brachia Pupo
Necte volenti,
Brachia nectet
Mutua Pupus.

1* Cõverſũ poſtſceniũ ædiculã ſacram repræſentat.

Interim à nube rapitur Puer.

Stanislaus.

Heu! quæ atra nubes eripit mihi diem?
O redde Solem, redde tenebroſus vapor!
Heu! heu! valentem peius affligit malum. 2*

2* Interjectâ Scenâ Ultimâ, diſparet Stanislaus.

Chorus Angelorum *poſt ſcenas.*

Heu! heu! heu dolor! heu dolor!
Amiſit Puerum Puer.
Heu! heu! heu dolor! heu dolor!
In terris breve gaudium
Invitat ſpecie ſui,
Vitat mox avidas manus.
Heu! heu! heu! dolor! heu! dolor!

SCENA VIII.

Ludovicus, Angelus *cum liliis.*

Ludo-

Ludovicus *ſurgens.*

Ubi ſum locorum? vivo? ſum compos mei?
Utinam mihi forem mortuus! vivo tamèn:
Utinam alienus! ſum tamèn compos mei.
Quàm mira vidi! tam vigil nunquàm meos
Irrepſit oculos ſomnus: o, rurſùs mihi
Contingat! Hæc vidi, & moror adhuc, quin ſequar
Me priùs euntem? Facile votis eſt ſequi:
Sequar voventem, nec aliis verbis ſequar.

Hæc, flexis ad aram genibus,

Socios laboris, non pares titulo tenùs
Diligis, JESU; diliges me quoque, Puer;
Nam dulce Nomen, pariter & laborem amo:
Sociis amatis ſocius adſcribi volo:
Amo, volo, promitto, ſtatuo voti reus.
Tu, Virgo, merui ſiquid ego de te benè,
Curam gere mei; virgo ſum, tibique meæ
Caſtum pudorem mentis æternùm dico.

Angelus *è cœlo labens cum liliis.*

Hæc alba dona Virgo
Dat virgini Puello
Geſtamen, & coronam,
Ac puritatis omen.
Si cana ſævientes
Pruina vincit ignes;
Si candidatus imber

Lutoſa quæque purgat;
Si pura nocte ſudâ
Albet Diana cœlo;
Hæc alba dona Virgo
Dat puritatis omen.
Gonzaga, trado putos,
Dat Virgo pura, flores.

Ludovicus.

Bona Dea, ſemper gratias veteres novis
Cumulare pergis. Capio non dignâ manu
Cœleſte donum; ſed nihil non mihi licet
Sperare: quæ das præmium, & meritum dabis,
1 * Arguat ut olim nullus ingratum dies. 1 *

1 * Interjicitur Scena Media, quæ mole, ſuâ, & picturâ Palatiū claudit.

SCENA IX.

Marchio, Alphonſus, Ludovicus, Ticianus, Apollonius, Præfectus urbis, Milites aliquot.

Marchio.

Ticiane, Gonzagam viæ accintum moror.

Ticianus, *& abit.*

Præſto aderit.

Apollonius *Marchioni.*

Accingi Rudolphum quoque jubes?

Marchio.

Belli

Belli alteri, alteri attinent artes domi:
Doce Rudolphum, quæ ſacrificulum decent.
Perſpecta veſtra, Milites, virtus mihi,
Seu manibus opus eſt, martia, & verè Itála;
Seu pedibus iter agendum, anheli, & improbi
Patiens laboris, haud monentis indiget
Stimulo ducis: habeo monitos tantùm jubens:
Attamèn amicos alloqui refert meâ.
Vos nunc ſequetur itineris comes Puer
Gonzaga, quem ipſi olim ſequemini ducem,
Cùm feſſus annis Filio nitar ſenex,
Datis habenis. Ergò muneris reor
Veſtri eſſe fallere tædium longæ viæ
Ludi inſolentis arte: ſcilicèt duci eſt
Puero placendum, ut habere ſperetis virum.
Facite, ſciat bellum eſſe, quod Bellúm vocant.

Ticianus *rediens.*

Domine ...

Marchio.

Quid hoc eſt? Solus! & Lodoix ubi?

Ticianus.

Jacebat antè Virginis ſignum, ut ſolet,
Os ſimilis hilari, non tamen ſudus genas;
Tuoque juſſùs nominè accingi, pium
Neſcio quid, excuſans moram, prætexuit.

Marchio.

Minare verbera : veniat; ſecùs trahe.
Genuiſſe vellem filium minùs pium.

Alphonſus *Militibus.*

Adverte, Miles; Marchio mandat tibi
Non leve negotium : igitùr arripe ſedulus,
Quæcumque Puero occaſio placendi cadat.

Marchio.

Optima, cohortem cùm recenſebo, cadet.
Campo explicentur ordines : ſuis phalanx
Diſtincta ſignis antecedentem ducem
Sequatur; increpetque tympanum moras:
Luſtretur omnis Luſtricum in morem cohors;
Videat Puer bellum eſſe, quod Bellum vocát.

Ludovicus *cum Ticiano hìc exit.*

Pater...

Marchio.

Parenti debuit natus ſuo
Obtemperare citiùs.

Ludovicus.

Aliò Virgo me...

Marchio

Hùc Virgo filium vocat, quò vult Pater.

Ludovicus.

Tuum jubere.

Marchio.

Ni ſcias, faciam : tace.

Tici-

Ticianus *Marchioni.*

Præfectus urbis te alloqui è limine petit.

Marchio.

Fac, intret.

Præfectus *hic exit.*

Ordinata legio jam exiit

Caſtris: frementes quadrupedes eques premit

Cataphractus; expectantque modò ſignum dari

In promptu.

Marchio.

Eamus ergò, quod vertat benè.

Canit tuba cum tympanis.

CHORUS IN ORCHESTRA.
Docet diverſa ferè patrũ, & natorũ Studia. 1*

Quàm raro ſoboles æqua parẽtibus
Majores ſtudiis refert!
Os natus ſimilis, non animum patri;
Multùm diſtat avo nepos.
Hic quanvis numeret pacis in artibus
Præclaros atavos puer,
Eſt bello melior; matris ab ubere
Ludit Martis imagine.
Hunc quanvis clypeo ſuſcipiat pater,

1* Evolat Scena Media. Theatrum, & poſtſcenium Palatiũ repræſentant.

Horret Palladis ægida.
Sic, ſic eſt; varias nos animæ quoque
Naturæ patimur vices.
Nunc fatis animus deterioribus
Laudatum minuit genus,
Nunc auget. Patrio nomine filius
Fit nullus malus, aut bonus.
Ergò quid Lodoix? munus Apollini
Divinare datum Deo.
Eſt certè nimiùm lubrica res puer,
Nec figit ſolido gradum.
Ducentẽ Lodoix nunc ſequitur Patrẽ,
Quem forſan citò deſerat.
Armatæ comes it Palladis; at toga,
Neſcis, an placeat Deæ.
Sed quidquid placeat, perge, Puer bone,
Magnis indiciis Puer.
Seu Patrem ſequeris , ſeu fugis, optimo
Nequâ degeneres, caves.
Seu gaudes clypeo, ſive magis libro,
Virtutis ſpecimen dabis. 1*

1* Cõverſæ theatri ſcenæ, ipsũque mutatum poſtſceniũ, & laqueare utriuſque ſylvã repræſentant, quã Scena Ultima claudit.

Canunt tubæ cum tympanis.

CHO-

CHORUS VERSATILIS

Ludovici gratiâ luſtrantur armati milites. 1*

1* Evolante Scenâ Ultimâ, apparet cohors ordinata.

Dux *ſolus canendo.*

Movete ſigna: lenta quid ſedet cohors?
Quid otiatur tympanum?

Milites *concinentes cum tympanis, dum procedunt in theatrum, variè replicant:*

Taratantara.

Dux.

Agedùm, Miles, prælia finge:
Noſtram poſcit maximus artem
Ductor, poſcit Lodoix artem.
Belli ſiquis bonus in ludo
Placeat Nato, exhilarat Patrem.

Milites.

Militi Ductor jubeas parato.

Dux.

Perplexa dubium turma mæandrum rotet.

Milites.

Age deſtinata pugnis,
Age turba, lude Martis,
Age lude, lude ludum.
Belli ſiquis bonus in ludo

Digitized by Google

Placeat Nato, exhilarat Patrem.

Dux.

Gyret ſiniſtrum ſtabilis in cornu cohors.

Milites *cum tympanis.*

Taratantara, taratantara, taratantara.

Dux.

Nubes adimpleat æneas pulvis tonans.

Milites *cum tympanis.*

Taratantara, taratantara, taratantara.

Dux.

Fixo regyret dexterum in latus pede.

Milites *cum tympanis.*

Taratantara, taratantara, taratantara.

Dux.

Cuneate malè tutum locum.

Milites *cum tympanis.*

Taratantara.

Dux.

Tormenta collimate jam.

Milites *cum tympanis.*

Taratantara.

Dux.

Date, date flãmas, date ſimũl.

Milites *cum tympanis.*

Taratantara.

Dux.

Binas in alas cedite.

Mi-

Milites *cum tympanis.*

Taratantara.

Dux.

Nudate tela ſinguli.

Milites *cum tympanis.*

Taratantara.

Dux.

Miſcete dextrâs dexteris.

Milites *cum tympanis.*

Taratantara.

Milites *concinendo.*

Age deſtinata pugnis,
Age turba, lude Martis,
Age lude, lude ludum.
Belli ſiquis bonus in ludo
Placeat Nato, exhilarat Patrem.

Dux.

Jam parce, Miles, ſanguini.

Milites *cum tympanis.*

Taratantara.

Dux.

Reconde ferrum: quandò proluſum ſatis,
Cito petamus caſtra pede.

Milites *cũ tympanis, & tubis, his tamen intùs, receptui canentibus.*

Taratantara.

PERIO-

PERIOCHA

ACTUS SECUNDI.

PRopinquantem Urbi Patrem, & comitatum Ludovicus anteverterat: interim, dum Pater adventat, multa Rudolpho narrat. Primùm queritur nimis ſibi placuiſſe belli faciem; deindè ſuis periculis gratulatur; è quibus novit ludum inſolentē Bellum dici, quia minimè bellum: poſtremò indicat renuntiare ſe Purpuræ,& mundo ſtatuiſſe. Marchio Palatio reſtitutus poſt civium gratulationes familiaritèr cum Ludovico loquitur, & bellicoſi animi indicia laudat. At Ludovicus præter ſpem Patris animū, ac votum ſuum aperit. Pater vix ſui cōpos furit; turbatum cōponit Alphonſus; ab eoque impetrat, ut ſecum in Caſtelguifredo ire Ludovicum permittat, quem ibi expugnare mollibus poſſe machinis ſperat. Ludovicus attamèn propoſiti tenax de fugâ agit cum Apollonio, ambiguis primùm verbis, & ſtatim palàm, perlectâ epiſtolâ, quam olim Stanislaus, Societatis Tyro tunc temporis, reſcripſerat Patri ſuo, & quam ſibi datam à quodam è Societate, pium donum, ſervabat Ludovicus. Sūma eſt: non pœnitere Stanislaum, quòd, invito, neſcioque Patre, in Societatem ſe proripuerit.

erit. Ergò apertè profitetur Ludovicus ſe tam ſancti Juvenis exemplum ſecuturum: ambitioſis laudibus confirmat Apollonius. Jam iter in Caſtelguifredo cum Petruo, Fratreque ſuſceperat, cùm Dæmon nociturum ſibi propoſitum ægrè ferens, & in omnem obſtandi occaſionem imminens, multa de Ludovico queritur: dolet præſertim, quòd coactus ſit eum digito indicatum juvenem ſanctum, & futurum Indigetem dicere. Dolet præterea, quòd Societas Ludovico ſit auctura ſuas aras, quæ maximè eriguntur ſuper ruinas Inferorum. Furiatus igitur per ſe, & Rufillum Magum, quem fortè in ſolitudine offendit, procellam concitat, ut Ludovicum opprimat; viatores tamèn, ſedatâ tempeſtate, veniunt ad fluvium pluvialibus aquis exundantem. Hîc majori periculo laboratur; nam currus, qui duos Fratres in ulteriorem ripam tranſmittebat, torrentis impetu, & operâ Dæmonis frangitur, parsque poſterior cum Ludovico naufragiũ facit. Cœlo debetur, quòd præter ſpem non longè invenirentur portitores, qui moribundum ſoſpitarent. Erat in ripâ ſacellum S. Barbaræ Virgini poſitum: hîc Ludovicum concepta vota ſolventem in nube alloquitur Stanislaus: docet ope ſuâ, & S. Virginis Barbaræ per tempeſtatem, & naufragia ſervari incolumem: inſignem Barbaræ pietatem ergà ſibi addi-

ctos

ctos commendat, utpotè quæ nullum è vitâ diſcedere patitur, quin ſalutaribus Eccleſiæ ſacramentis reficiat. Hac occaſione narrat, quod ſibi apud hæreticum Viēnæ periclitanti accidit. Denique ſtare propoſitis jubet; fugam verò diſſuadet. Intereà Alphonſus domum venerat, hortatuſque ſuos fuerat, ut omni, quantâ fieri poſſet, induſtriâ Ludovicum hilararent. Hic adeſt cum Fratre brevì, & à Patruelibus blanditiis, cantu, tripudiiſque excipitur; quæ ille omnia impatiens tulit; quòd tamen in tripudium provocaretur, impatientiùs: indignabundus igitùr erumpit è conſeſſu, & in patriam remeat.

2* Converſæ theatri Scenæ, ipsûque mutatû poſtſceniû, & laqueare utrinque uſque Palatiû repræſentant, quod ſuâ mole & picturâ Scena Ultima claudit.

ACTUS II.

SCENA I.

Ludovicus, Rudolphus, Apollonius, Ticianus.

Apollonius.

Tandèm redivit incolumis, & huc brevì
Germanus aderit.

Rudolphus.

Avibus huc adſit bonis,
Ut cara latera ſolidus amplexus liget.

Ru-

Ludovicus *exiens.*

Rudolphe!

Rudolphus.

Lodoix!

Ludovicus *in amplexu.*

Frater!

Rudolphus.

O Frater meus!

Teneonè ſalvum? ſoſpitem reddis Patrem?

Ludovicus.

Diſtinuit atrox nimbus adventum Patris,
Dum primo ab Urbe lapide in humilem ſe caſam
Recipit: fatiſcens imbre continuo via
Patientèr exhauſta mihi tandèm eſt. Et vales?

Rudolphus.

Æger valerem, Fratre reduce; benè quidem.

Apollonius.

Quanto cupitum gaudio excipiam, potes
Ex fronte conjectare: gratulor tibi
Per hunc laborem itineris incolumi.

Ludovicus.

Leve
Eſt, quidquid ultrò patimur, & feriunt minus
Præviſa tela. Gratulare mihi magis,
Apólloni, inopinata, quæ fugi, mala,
Cùm jam referre poſitum in abrupto pedem

Non mihi liceret.

Rudolphus.

Quos mihi inſinuas metus?

Ludovicus.

Patere didici paſſim ad Inferos viam.

Rudolphus.

Vellem perîclo te minus doctum tuo:
Sed age, timendum quidquid accidit, doce:
Quin imò, ſingula ſi petis ab ovo, places.

Ludovicus.

Hæc præter animū quoque tuū effundam in ſinum.

Apollonius *Ludovico.*

Si ſic jubes, vacabit arbitro locus.

Ludovicus.

Quod te velim neſcire, nihil habeo.

Apollonius.

Fide

Hanc gratiam merebo.

Ludovicus.

Jamdudum meres. 1*

Nunquàm putavi, Frater, aliquandò fore,
Ut Martis alea, & inſolens ludus mihi
Placeret: omnes melior habuerat meos
Militia amores: teſtor aſtrorum faces,
Æterna Lumina cuncta cernentis poli,
Et vos, Penates, conſcios voti mei.

1* Interjicitur Scena Media, quæ mole ſuâ, & picturâ Palatiū claudit.

Anna-

Armatus ergò militem juſſus ſequi,
Quantum Patri fas eſt reſiſti, reſtiti.
Sed ita eſt; quod olim diſplicuit, olim placet;
Quodque modò placuit, diſplicet id idem modò,
Sive variantis cuncta vitio temporis,
Seu malè tenacis cordis humani probro.
Phaleris ſuperbum ſcanderam auratis equum
Pigro pède quidèm; & proximus Patruo comes,
Quò Patris urgent juſſa, quò tympana brevi
Lituo remiſta, & militum fremitus vocant,
Per media vota civium rumpo exitum.
Vallata equitibus, marteque quadrato aſpera
Stat legio ad Urbis portam in armis, milleque
Conferta corporibus agri jugera vorat:
Nec unus omnibus eſt color; pars albicat
Contenta puri velleris caſtâ nive;
Portat alia chlamyde mare, vel ſudum polum;
Hæc ardet oſtro; at illa virgatum ſagum
Addidit Iberæ deſupèr ferrugini.
Ærata pilis horret elatis ſeges
Hinc, indèque; & ſolem repercuſſum vibrans
Ad mœnia, oculis ferreum ſpargit diem.
Diſpoſita certis ſigna ſpatiis molliter
Galeata lambunt capita crepitanti noto;
Dum ſtare patitur tympanum pigro ſono.
Hæc grata facies viſu, & horribilis ſimul,

Germane, pluſquàm debuit, placuit mihi,
Nec dubia Patri ſigna cupienti dedi,
Qui geſtienti ducibus imperans manu
Movere: tu prior, inquit, antevola, Puer,
Et diſce regere confluam è caſtris manum.
(Pudet fateri, exercitum quod teſtem habet)
Ætatis immemor, immemor prorſùs mei
Humeros iniquo ſubdo ponderi, & libens
In fronte legionis equito ductor viæ.

Rudolphus.

Quo miles ordine iter adornavit?

Ludovicus.

Equite

Diviſo in alas agminis utrinquè latera
Coërcui: manipulatim ibat pedes:
A' fronte levior turma ſpeculatur viam:
Poſtrema claudunt agminis rurſùs equites:
Alitèr in aliis commodè cavi locis.

Rudolphus.

Pater hæc probavit?

Ludovicus.

Laudibus tantis quidèm,

Ut blandientis gloriæ potu ebrius
Geſtirem inani turbine rotare gladium,
Spargereque tela puberi longè manu,
Tractare belli machinas, flámas dare,

Figere

Figere flagranti diſſitum plumbo ſcopum.
Quid plura? jam placet impotens Belli furor,
Jam Martis olim nomen inviſum placet,
Jam ſanguis ebullit novus; & animi mares.

Rudolphus.

Benè eſt: Parentis omnia ex voto fluunt
Hucuſquè: jam quibus periculis venis
Defunctus, edoce; quid evaſum mali eſt,
Cùm jam referre poſitum in abrupto pedem
Non tibi liceret.

Ludovicus.

Docui id ipſum, quod rogas:
Arma placuiſſe, periculum meum fuit,
Hic laqueus, undè ſuſtuli victor pedes:
Quòd extuli tamen, periclo debeo.

Rudolphus.

Eſt aliquid ultimum; quod addis: dic, quid eſt?

Ludovicus.

Innominatum machinæ quondàm genus
Noſtra reperere ſæclâ nimis heu! in ſui
Diſpendia ingenioſa (Tormentum vocant)
Pulvere nitrato, & ferreis fœtum globis
Immane monſtrum ſempèr in ſtrages hiat:
Nam, ſi latenti miſceas peſti facem,
Quà rima brevior hos patet ad uſus, ſtatim
Fatalè gemit; incendiaque longè vomens,

Sternit inopinùm ſtrenuos fruſtrà viros.
Sic fulminatrix Ætna, vix fundo faces
Concepit uno, quà data via, parturit,
Saxeaque rupis viſcera eructans tonat:
Circùm fragore mugiunt vaſto poli;
Queritur ruinas proximus ſuas ager;
Italiaque gemit noſtra vicino malo.
Prætereà oportet ſcire neminem dare
Impunè flãmas, niſi ſibi remotus cavet;
Nam grande pondus æris, ut facili incubat
Lapſu rotarum, vi repellentis retrò
Recurrit ignis, impetuque obvia ſibi
Deturbat, ac ſuâ premens ſub mole ſtat.
Nunc diſce, quantus propitii cœli favor
Me ſervat; utinam ſervet incolumem ſibi!
Dum ſolus iſtas ſpatior inter machinas,
(Bone Deus!) audaci capio tædam manu,
Quæ negligentèr fortè fumabat ſolo
Relicta; & imprudens, nihilque mihi timens
Irrito flammis æneum monſtrum datis;
Intonuit ilicèt, ſupèrque me ſuo
Stratum impetu fugientibus volat rotis.

Rudolphus.

Heu! ubi Pater? ubi milites? ecquis tibi?

Ludovicus.

Nullus; iacebam, & ipſe neſcius mei,

Ceu fulminantis facibus afflatus poli.
Donèc per altum pulveris nimbum, & nigram
Caliginem fumi illa me attonitum trahit
In tuta, quæ ſervârat incolumem manus.

Rudolphus *in amplexu.*

Dilecte Frater, care Cœlitibus Puer,
Ut te Parenti ſoſpitat, mihique polus!
Ut hanc columnam lætus amplector Domûs!

Ludovicus.

Credis columnam fragile ſimulacrum luti?

Rudolphus.

Durabit oneri tenue figmentum Deus.

Ludovicus.

Majora meritis fingis.

Rudolphus.

Hanc jam ſpem dedit.

Ludovicus.

Cùm nempè docuit *facilem ad Inferos viam.*

Rudolphus.

Cùm te reduxit ſoſpitem ad patrios lares.

Ludovicus.

Hæc repetit aliam gratia à me, gratiam.

Rudolphus.

Nempè, ut labantem fulcias annis Patrem,
Gentemque noſtram Ductor, & Judex regas.

Ludovicus.

Deliberatum jam eſt, Rudolphe: tu Domum
Columna, tu baculus ſeneſcentem Patrem
Fulcito; tu bella gere; tu pacem tuis
Reſtitue populis: ego renuncio Domui,
Patri, triumphis, patriæ, mundo, mihi;
Et Societati Nomine inſigni Ducis
Dabo nomen: hæc mihi militia demùm placet.

Rudolphus.

Offendis invitum Patrem.

Ludovicus.

Secùs Deum.

Apollonius *Rudolpho.*

Abſiſte, Domine, te impiare malè pius:
Non ſine tenebis ſcelere, quem Deus trahit.

Rudolphus *poſt tubarum clangorem.*

Quid hic tubarum clangor, & tympana volunt?

Ludovicus.

Pater propinquat forſàn.

Ticianus *hîc apparet è limine.*

Abrumpite moras.

Rudolphus.

Eſt Pater?

Ticianus.

Et Urbis penè jam portam ſubit. 1*

1* Evolâte Scenæ Media, & Ultimâ, ſolû Poſtſcenium repræſentat ſylvam.

SCE-

Occurrunt venientibus; & apparet propè (adhuc tamèn in viâ) ordinata equitum multitudo, præcinentibus tubis, & tympanis.

SCENA II.

Marchio, Alphonſus, Præfectus, Ludovicus, Rudolphus, Ticianus, Apollonius Equites.

Marchio *jam in Palatio.* 1*
Benè eſt, abundè: propitio tandèm polo
Ædes ſubimus ſoſpites.
Ludovicus *poſt manûs oſculum.*
Salve, Pater,
Ut vota Nati ſalvus accumules tui.
Rudolphus *in oſculo.*
Ut hanc per ævum dexteram deoſculer.
Marchio.
Avete ſolicita cura, Filij, Patris, 2*
Alphonſus.
Non gaudia capit civitas ſua; ſic fremit,
Sic plaudit omnis, ſicque ſe totam explicat
Effuſa plateis.
Præfectus.
Nec adeò, ſolem dies
Cùm parturit poſt triſte noctis nubilæ

1* Interjicitur Scena Media, quæ ſuâ mole, & picturâ Palatiũ claudit.

2* Evolat Scena Media; poſtſcenium & theatrũ Palatiũ repræſentant.

Silentium, ſtrepit ager : eſt tanti ſibi
Videre Principem !

Interim ſedent Principes; comitatus adſtat.

Alphonſus.

Meorum metior
Hinc vota civium : diu, quòd exulo, eſt.

SCENA III.

Cubicularius, Citharœdi,
Marchio *cum ſociis.*

Cubicularius.

Sunt, Domine, qui alloquiũ, vacat ſi modò, petunt.

Marchio.

Audire cives principi ſemper vacat.

Citharœdus *primus.*

Huc nos adire feſta permittit dies
Ambita votis civium, & multâ prece.
Dignare, quæſo, grave ſupercilium brevì
Ponere.

Marchio.

Quid ergo ?

Citharœdus *primus.*

Gratulabor carmine,
Citharâque reditus, indè (ſi aliquid id juvat)
Iter

Digitized by Google

Iter apprecabor proſperum, & belli exitum.

Marchio.

Deſipere veſtro gaudio mihi licet.

Citharœdus *primus canens.*

Italæ Ductor, Dominusque Gentis,
Gratulor fauſtos reditus: eoſdem
Fauſtitas, & Pax hilari reviſit
Ore Penates,
Quos diu nobis hilaras cupitus.
Sic Hero quondàm potiantur Ædes,
Patre ſic Nati, Dominoque cives,
Sic Duce miles,
Cum per extremos populos iturum
Evehat molli levis aura fluctu,
Ut ſitim largè Libyæ fluenti
Sanguine vincas.

Alphonſus.

Dexterrimè. Quid alius in præſens parat?

Citharœdus *ſecundus Ludovico.*

Tuas, Parenti proximum Lodoix caput,
Non vanus augur bellicas laudes canam.
Gonzaga, factis clare recentibus;
Vani futuri ludimur augures,
Ni te coronatum Parenti
Sæpè tuo referant quadrigæ.
Crinem fluentem collige caſlide,

Formi-

Formidoloſam corripe fraxinum
Per arma contemptor perîcli
In Libycum ruiturus hoſtem.
Tu major annis, maximus omnium,
Tu pertinacem mœnibus exues,
Cogeſque ſub ferro gementem
In penitas remeare ſylvas.

Marchio.

Bellè: diei trivimus partem bonam.
Ticiane, cumula dexteras auro manus:
Voſque ite, Socii, laſſa curatum domi
Corpora; morabor paululùm cum Filiis,
Et Fratre.

SCENA IV.

Marchio, Alphonſus, Ludovicus, Rudolphus
Surgunt, & in theatrum procedunt.

Marchio.

Quàntâ ſpe futuri gaudeam,
Ex quò lubentèr ſigna viſus es ſequi,
Gonzaga; citharœdos vel ipſos non latet:
Procede, meque Patre te dignum proba;
Ut vota publica, ſpesque noſtras impleas.

Ludovicus *ad Patris genua.*

Permitte genua ſupplicem prendere, Pater.

Mar-

Marchio.

Quin ſurge, complectereque totum, Nate mi.

Ludovicus.

Hic ſupplices decet magè locus.

Marchio.

Oſculo

Dignum altior locus addecet.

Ludovicus *ſurgens.*

Te per Patris

Hoc dulce nomen, per fluentes has rogo

Lachrymas...

Marchio.

Quid? arma? milites? phaleras? equos?

Conceſſa petis; optare tantùm ſit labor.

Ludovicus.

Nil tale, Genitor.

Marchio.

Prome, quid aliud velis.

Ludovicus.

Negata ſæpè, optata ſæpius mihi.

Marchio.

Dic.

Ludovicus.

Nempè quæ non dicta, cum dicam, voles;

Dicam tamèn: ſalvum per adventum peto,

Ut *vota Natī ſalvus accumules tui.*

Mar-

Marchio.

Obſcura loqueris: dic apertè, quidquid eſt.

Ludovicus.

Si me, abdicato Principis nomine, mori
In Societate pauperem ſinis, Pater;
Tunc vota Nati ſalvus accumulas tui;
Tunc me probabo filium dignum Patre.
Hoc flagito, Pater, poſtulo, enixè rogo
Juſtum, pium, deliberatum mihi diu.

Marchio.

Ignave, ſic favore abuteris meo,
Ut te reſorbere patiar iterum ſcelus,
Quod jam vomueras?

Ludovicus.

Vota ſolvere eſt ſcelus?

Marchio *iratus.*

Et hoc ſupererat, arguas ut me. Date
Flagella; feriam verberonem hunc ad necem.

Alphonſus *interpoſitus.*

1* Te collige, precor, Frater. Educ hinc tuum,
Rudolphe. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ mole ſuâ, & picturâ Palatiū claudit.

SCENA V.

Marchio, Alphonſus.

Alphon-

Alphonſus.

Principem nihil decet minus,

Quàm furere.

Marchio.

Feriam, perſequar; vana eſt fuga:

Ego contumacem ſpiritum vincam flagris.

Alphonſus.

In obſtinatum armata nil poterit manus.

Marchio.

Bellè: ergò lentus, & ſupinus hoc bibam

Tuum, meum, ſuum, Domûſque dedecus?

In Societate pauperem ſenum mori?

In Societate? ſcilicèt ubi vel ſacra

Ejuret ornamenta: *pauperem mori?*

Quem? Natum, & Hæredē meum. Vis, hoc ſinam?

Alphonſus.

Minimè.

Marchio.

Quid ergò flagra prohibes? quid tegis

Maſtigiam?

Alphonſus.

Germane, fallere puerum

Eſt, quâm docere, facilius: igitùr id mihi

Manda negotii; arte res vertet benè,

Peragetque tranquilla, violenta quod nequit

Agere poteſtas.

Mar-

Marchio.

Credo, non nôſti ſatis
Animum tenacem.

Alphonſus.

Sit tenax; tamèn eſt puer:
Nonnè modò in armis viſus eſt ludere?

Marchio.

ſui
Sed immemor: nonnè hinc citus retulit pedem,
Ut figat in ſolido?

Alphonſus.

Sed hàc trudi poteſt,
Quà jam vacillavit. Quid horas perdimus?
Concepta refero. Quandò nondùm abîit hyems,
Libyamque prendere mare malè fidum vetat,
Domum reverto: fac, ut ille mecum eat,
Finge, Patrueles alloquendi gratiâ:
Satis eſt: ineſcabo, nec hamum unquàm expuet.

Marchio.

Abeat avorum infamia, & pudor meus. 1*

1* Evolat Scena Media. Cõverſæ theatri ſcenæ, ipſitque mutatum poſtſceniũ, & laqueare utrinque Nemus repræſentant. Poſtſceniũ verò in pavimẽto Viridarium habet.

SCENA VI.

Ludovicus, Apollonius, Ticianus *exit in fine*.

Ludovicus.

Actum eſt, quod à me debuit agi: ſi ſatis

Eſt

Eſt petere, cùm juſta petimus, ſupereſt nihil.
Minetur, abſterrere non poterit minis:
Nec primus audebo.

Apollonius.

Domine, quæ te coquit
Infixa cura pectori? dic, ſi id fides
De te meretur mea.

Ludovicus.

Rogatus modò Pater,
Ut, abdicatâ Purpurâ, me vivere
In Societate, morique pannoſum ſinat,
Negat, minatur; ſed minas perdet ſuas.

Apollonius.

Adrepis ardua; pertinax virtus tamèn
Alta ſuperare poterit.

Ludovicus *tradens epiſtolam.*

Hanc chartam lege,
Et te docebit omne conſilium meum.

Apollonius *legens.*

Mittit ſalutem Koſtka reſcribens Patri.
Oculinè fallunt? *Koſtka reſcribens Patri.*
Quis iſte Koſtka, Italia ſi nullos habet?

Ludovicus.

Hic ille Koſtka eſt, multa de quo tu mihi
Olim renarrabas, tibi nunc jam minùs
Cognitus.

Apol-

Digitized by Google

Apollonius.

Et hunc nec ambitus terrarum habet.

Ludovicus.

Sic eſt : jam acerbo raptus eſt fato diu
Tunc, cùm ego Parentis clauſtra natus exiens.
Primis tetigeram pedibus inviſum ſolum:
Sed, quam Parenti miſerat vivens ſuo,
Epiſtolam, dedere mihi Socii Patres;
Ipſiſſimanè ſit, an ejus exemplar ? ſatis
Non liquet: ego quaſi rem ſacram aſſervo. Lege.

Apollonius *legens.*

Mittit ſalutem Koſtka reſcribens Patri.
Quam nupèr habui epiſtolam plenam minis,
Quòd, tu negante, Societati me dedi,
Perlegi, eo, quo filium, ſenſu, decet:
Moviſſe dolui ſcilicèt ſtomachum Patris;
Sed pœnitere vetat, Pater etiam, Deus:
Hic eſt timendus, tu colendus mihi. Vale.

Ludovicus.

Quid aptius, Apolloni, ad iratum Patrem
Miſiſſet ? Eias, quæſo, revoca literas.

Apollonius *legens.*

Sed pœnitere vetat, Pater etiam, Deus:
Hic eſt timendus, tu colendus...

Ludovicus.

Scilicèt,

Scio,

Scio, qui colendus, quique metuendus, ſcio:
Tu nempè pater es, fateor; ergò te colo:
Paterque, Judexque Deus; hunc ergò timeo.
Tu ſollicitus me diligis; te igitùr amo:
Caſtigat ille offenſus; hunc ergò metuo.
Utrunque veneror, alterum tantùm timens:
Ne peccet in Patrem timor, conſulit amor;
Ne peccet amor in Judicem, cavet timor.
Quid aptius, Apolloni, ad iratum Patrem?

Apollonius.

Meditaris ergò furta?

Ludovicus.

Conſilium tenes.

Apollonius.

Et laudo: ſic benè, quidquid exemplis probat.

Ludovicus.

Koſtkâ probante maximè, fiet benè.
Heus, eccè Ticianus venit: nihil, cave,
Reſciſcat; illicò ad Parentem deferet.

Apollonius.

Haud ſum monendus; intereſt quanti, ſcio.

Ticianus *hîc apparet.*

Te Patruus expectat.

Ludovicus.

Brevem ibo poſt moram.

Ticianus.

Damnabit omnem; accinctus eſt enim viæ.

Ludovicus *Apollonio.*

Neſcio, quid animus augurat mihi mali. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ ſuâ mole, & picturâ ſylvam claudit.

SCENA VII.

Dæmon.

Ergò ego ſilentis arbiter Regni, poli
Profeſſus hoſtis, continuus orbis metus,
Gonzaga dum me calcat impoſito pede,
Patiens, inultus, impotens flebo, ut puer?
Infuſa Tartaris priùs aperiet dies,
Quidquid ſub altâ nocte demergit chaos;
Phlegetonta ſiſtet, ſulphure extinctò, gelu;
Flammis liquabunt ſtagna Cocyti nivem;
Digitis remiſſis penſa Parcarum excident;
Furereque Furiæ deſinent ipſæ priùs,
Quàm me triumphare Puerum deſes feram.
Quid? nòn ſat artes fuerat eludere meas
Impunè? tormenti incubans pondus ſibi
Arcere? premereque thalamo injectas faces?
Quin me favore nimis ſuperbus Numinis
Ultrò laceſſit, & peior bellum movet:
Catenat imò, jamque ſuperato imperat.

Eheu!

Digitized by Google

Eheu! dolorem ſtimulat admiſtus pudor:
Et credet aliquis eſſe, cujus me pudet?
Nunc eſſe didici: ſcilicèt laudes ſui
Extorſit à me inviſus hoſtis; ego pium,
Sanctumque Puerum dixi; ego ſuperis caput
Amicum; ego olim thure placandum fore
Indigetem in aris: mentiar utinam! tamèn,
Quæ venit ab hoſte, vera pluſquàm laus venit.
Sed eſto: dabitur, quod negari non poteſt;
Sic quandò voluere Superi, fiat ſuus:
At Societatis? (heu quod aures attonat
Terribile nomen!) æquus haud unquàm feram.
Non ſic amamus pætulum, & calvum Senem;
Non ſic Xaverium, Borgiam, Regis Erebi
Excidia; non ſic dedecus Koſtkam meum,
Koſtkam recenti laureâ umbrantem caput;
Non ſic amamus omne Jeſuadûm genus,
Ut hoc trophæum patiar apponi ſuis.
Nunc ergò fræna pleniùs dabit furor,
Nunc deniquè ſciam furere, me nunc impetu
Ulciſcar uno: commodè tempus favet.
Hæc ille nemora venit, & aderit hîc brevi:
Nigrâ caducas nube pluvias, & faces
Denſabo; mugire faciam ſtatim polos,
Et (patere quodcunque miſero Numen faves;
Hoc mihi procellarum arbitro certè licet)

Feriam rotato fulmine inviſum caput;
Haud hinc abibit vivus, hîc tandèm cadet.
Rufillus eccè propè venena per nemus
Scrutatur: aliquod, ſuſpicor, grande facinus
Secum volutat artibus dignum ſuis,
Et me magiſtro: benè; juvabit me libens
Admurmurato carmine.

SCENA VIII.

Rufillus Magus, Puer ejus Miniſter,
Dæmon, Chorus *poſt ſcenas.*

Dæmon.
Hùc cõmodus ades,
Rufille.
Rufillus.
Tanti facio, quanti, qui eſt tuus,
Debet: quid imperare pergis?
Dæmon.
Opus tuâ
Habemus operâ.
Rufillus.
Rivulis ut habet mare.
Dæmon.
Nihil aliquandò, multa qui ferè, poteſt.

Certè nocendi tutius cauſas fuit
Aggerere ; fortè rariores per plagas
Laqueata rumpit præda.

Rufillus.

Damnandum indica.

Dæmon.

Quem ſcio, nec indicare refert. Age, diem
Eripe coactis nubibus ; fractos polos,
Crepante mundo, carmine in terras trahe:
Non feriatus audiam. *Diſparet.*

Rufillus *Miniſtro.*

Exceſſit ?

Miniſter.

Abiit.

Rufillus.

Aut anima magna petitur, aut artis meæ
Specimen Magiſter poſcit. Actutùm, Puer,
Ferale, luctificum, impium ſacrum ordina,
Quod expaveſcant pallidi ſolis faces ;
Hilarique cœlo nubilum vultum inferat.
Venena prome, ciſtulâ quotquot latent,
Diſponeque ſuis cuncta per gramen locis,
Ut modò petenda facilis inveniat manus.

Miniſter *ſingula promens, & diſtinctè locans.*

Magiſter, ora ſquamea chelydri vides. —
Saniem draconum, Hydræque Lernææ luem.—

Proſecta viſcera prius adſpecti lupi. —
Cervi fugacis ſolibus toſtum jecur. —
Cornicis ora ſæcla jam paſſæ novem. —
Bubonis informe caput. — Ulularum pedes. —
Alam ſiniſtram carnibus cum ipſis ſtrigis. —
Hîc, quas tegebat Oſſa, radices loco. —
Quas Pindus, hîc. — Olympus altior has tulit. —
Hîc, quas veneni fertiles Colchi creant. —
Quod hæc dedere nemora peſtis, hîc habes. —

Rufillus.

Proviſum abundè eſt. Pone de ceſpite nigro
Altare Tempeſtatibus, ſeſe meus
Dum furiat animus, ordiens telam improbam.

Abit Miniſter, proſequitur Rufillus.

Tandèm exeratur Virga, ſceptrum grave polo,
Cui nubila, pluviæque parent; quo mari
Impero, ſub undis naufragas mergo rates;
Quo ſterno ſegetes, nemora, paſtorum caſas;
Fulmino triſulcis ignibus Ceraunia,
Quæque capita libet, ſedibus totum ſuis
Quo volvo Barathrum, cogoque in cœlum feras
Ructare larvas, monſtra turpia, horrida,
Squallida, nefanda, dira, Polyphemos, Cacos,
Hydras, Chimæras, Cerberum, Furias, Striges,
Incendiarias, & Harpyias.

Miniſter redîerat cum ceſpite.

Ni-

Digitized by Google

Nigra

Stat ara: fieri quo ſacrum ritu jubes?

Rufillus, *exequitur Miniſter.*

Effunde crinem, quẽ Notus, & Eurus ferat:
Hæc dona venti poſtulant, & his ſolent
Rumpere vocati turbine ſonoro Specum.—
Lanæ nigrantis fila per frontem rota
Tripliciter: irretire ſic Parcas potes,
Ut fila properè capitis inviſi metant.—
Diſcincta nodo tunica reſoluto fluat:
Reſoluta pluviis nubila in terras cadent.—

Miniſter.

Actum eſt.

Rufillus, *& paulatim extinguũtur lumina.*

Age modò dexterum nudus pedem
Ter curre circùm ceſpitem.— Ter quate ſolum.—
Ter ſparge lævâ pulverem, ter interim
Altare feriam; numerus impar Inferis
Probatur. Elicit ex ſilice ferrum rogos,
Sic, virga quod ferit, evibret ſaxum faces.—

Spargit Miniſter, ferit Rufillus primò.

Sic fulminantem timeat hanc aram polus.

Secundò.

Sic hîc repentè fumet infernus vapor.

Tertiò; & apparet in arâ ignis.

Audior; habetur flamma ſulphurea, nigra,

Infauſta, quam non oderit lucem ſcelus.
Venena ſparge, & Inferis Diis lita.
Miniſter venena flammis imponit,
& fit horriſonus ſtrepitus.
Deniquè tenentur vota; jam Tartara fremunt,
Jamque mihi gutture murmurat carmen ferum.
Nunc, nunc virilem oportet animum: ſta, Puer.
Hæc altâ, & ferali voce.
Tænari fauces, Avernale oſtium, ſempèr patens,
1* Sempèr eructans faces, fuligine obſitum nigrâ,
Huc ego te carmine, huc te mēte nō ſanâ voco. 1*
Aperitur caverna ignea.
O'Baráthri rictus æternùm in ſcelus patrandū hians,
Ocyùs larvas, chaos quas triſte confundit, vome
Squallidas, tetras, cruentas, noxias, diras, truces,
Concitatrices procellarum, lucem ſudi poli.
E cavernâ erumpunt Spiritus Procellarum.
Hùc adeſte, hùc jājam adeſte; Ditis ultrices feræ;
Digna vobis perpetrantur, rumpite ocyùs ſpecum;
Impiis armate flammis in ſcelus turpes manus:
Poſcit iras Rex Baráthri, mœſtus umbrarum Deus;
Exequi ſic vult ſcelus, quod exequi per ſe poteſt:
Currite inceſto gradu ſtellata per templa ætheris.
Extinguuntur omninò lumina.
Tuque jam, Numen Magorum, fabricator criminū,
Artis inviſæ repertor, o procellarum arbiter
Dirus,

Evolat Scena Media; & poſt-ſcenium cōverſū repræſentat ſolitudinem.

Dirus, implacabilis, furoris hortator mei,
Hùc ades, pœnasque ſume: res peractá te manet;
Fervet æther jam miniſtris; nulla reſtat jam dies.
Ter virgam rotans, hæc.
Virga concitat ſerenum ducta ter circùm aëra:
Grando, ventus, flãma perdat, quòd peto in pœnas,
(caput. 1*

A tonitru incipit tempeſtas, & variæ monſtrorum formæ volitant per nubila.

1* Interjicitur Scena Media, quæ mole ſuâ, & pictura ſylvam claudit.

Age tempeſtatis arbiter,
Ætheris horror age,
Nubila coge, diem
Eripe, frange polum;
Quod petit ira, caput
Face jam triſulcâ fulmina.
Virga concitat ſerenum ducta ter circùm aëra:
Grando, ventus, flãma perdat, quod peto in pœnas,
(caput.

Chorus *poſt ſcenas.*
Heu! fractus orbis labitur:
Accurre, ſancta Barbara.

Rufillus.
Age convocata turba,
Nigra turba, monſtra fœda,
Nubila coge, diem
Eripe, frange polum;

Quod

Quod petit ira, caput
Face jam triſulcâ fulmina.
Virga concitat ſerenum ducta ter circùm aëra:
Grando, ventus, flāma perdat, quod peto in pœnas, (caput.

Chorus *poſt ſcenas.*
Heu! fractus orbis labitur:
Accurre, ſancta Barbara.

Rufillus.
Age mœſtæ noctis arbiter,
Tua juſſa ſi capeſſimus,
Vel renuente Deo,
Nubila coge, diem
Eripe, frange polum;
Quod petit ira, caput
Face jam triſulcâ fulmina.
Virga concitat ſerenum ducta ter circùm aëra:
Grando, ventus, flāma perdat, quod peto in pœnas, (caput.

Chorus *poſt ſcenas.*
Heu! fractus orbis labitur:
Accurre, ſancta Barbara.

Sedatur tempeſtas; incenduntur lumina.

Rufillus.
Detonuit: actum, ſuſpicor, erit jam ſcelus.
Collige venenorum reliquias, bone Puer.

Ut

Ut ſempèr impiis, Erebe, votis faves!
Ut ſempèr audis proximus carmen meum!
Poſuere ſedes altiùs Superi ſuas,
Quò devenire clamor infernus nequit:
Ibi ergò ſolitarii canant ſibi,
Dum ego canorâ voce mulcebo Inferos. 1*

1* Evolāte Scenâ Mediâ, apparet in poſtſcenio fluvius.

SCENA IX.

Alphonſus, Ludovicus, Rudolphus, Ticianus, Apollonius, Auriga, Portitores, Dæmon.

Dæmon *è flumine emergens ſolus.*

O' qui propinquas fractus, attonitus, miſer,
Vivus tamèn adhuc, nil periculi putas
Reſtare, meque perdidiſſe operam autumas?
Perire fulmine, fluminevè parùm intereſt.
Immergitur.

Alphonſus *pedes in ripâ, ubi & cæteri viatores.*

Hæc poſt procellam ſupererat nobis mora.
Ripas ſuperbus ſternit inopinis aquis
Fluvius, nec ulla video veſtigia vadi.

Apollonius *pedes etiam.*

Expertus hæc ego video.

Alphon-

Alphonſus.

Dubium eſt adhuc,
An hinc cavatas aliò arenas detulit
Impetus aquarum.

Apollonius.

Eſto: probati nos equi
Natando tranſmittent: timorem expectora.

Alphonſus.

In aquis cavere multa, metuere omnia
Prudentis eſt.

Rudolphus *in curru cum Ludovico.*

Hæc Aurigæ.

Indignus hic rivus metu eſt:
Immitte bigas verbere hortatas, age;
Deſpectus iram ponet: ego primus rotis
Premam tumentem. Spumet; & ſpument equi.

Alphonſus.

Rudolphe, malè te perdis, & Fratrem. Tene,
Auriga; ſiſte; verte.

Auriga.

Jam mihi non licet:
Fugiente fundo, penſiles equi natant;
Si verto, currus levior, obſtantibus aquis,
Volvitur.

Alphonſus.

Adhære firmus; implica manus,

Gonza-

Gonzaga.

Ludovicus.

Mente adhæreo firmus polo:

Qui me per ignes tulit, & hic per aquas feret.

Dæmon *furtim emergens, & currũ frãgens.*

Quas igne pœnas peſſi, in undis modò dabis.

Rudolphus, *fracto curru.*

O' Pater!

Ludovicus.

Adeſte, Koſtka mi, & Virgo mea!

Alphonſus.

Miſerum Parentem! Filios uno duos

Heu! perdidiſti fato. Ades, precor, Deus!

Hortare equos, Auriga.

Auriga.

Cedunt flumini,

Laborque vires ſuperat.

Alphonſus *Ludovico, qui ſolus in poſticâ curr*ûs *parte naufragium facit.*

Arborem hanc tene,

Lodoix.

Ludovicus.

Caducum jam quid affectet manus?

Alphonſus *comitatui, quocum abit.*

O' currite, trahite, conficite, quærite ſcapham.

Rudolphus in anticâ currûs parte interim diſparet.

Ludo-

Ludovicus.

Fateor, in undis merueram pridèm mori
Sempèr gelatus, inersque, torpens, & rigens
Obliviosi in fluctibus Lethes, poli
Uſq; immemor. Habes, Domine, confeſſū reum;
Hìc plecte fluctu, quidquid igni debeo.
O' mea Societas! heu! pereo nondùm tuus:
O' Mater! eheu! pereo nondùm filius;
Sed vota ſaltèm appone meritis, ſum tuus.
Aſpice, relictis, morior (ut jubes) procùl
Patriâ, Parente, Fratre, Sociis, & ſolo;
Mentem ſecutum denique eſt corpus ſuam.
O'Koſtka, Koſtka, qui videndus mihi brevì,
Si fluctuantem portus optatus manet;
Mortale nil peto; porrige, precor, dexteram,
Salvumque ſiſte littore perennis boni.

Alphonſus *clamans ad ripam.*

Lodoix, Rudolphe, vivitis?

Ludovicus.

Diſparuit

Frater: moratur fata truncus hic mea.

Alphonſus.

Gratare Superis: portitores, & ſcapham,
Quam longiùs fore rebar... Aſt alius perit!

Altè clamans.

Rudolphe, mi Rudolphe!

Rudol-

Rudolphus *poſt ſcenas.*

Jam in tuto ſumus.

Alphonſus *portitoribus accedẽtibus.*

Hùc remigate citiùs : o' malas moras!
Inſurgite altiùs; opus eſt nunc viribus.

Portitor *primus.*

Ubi eſt?

Alphonſus.

Sub illius arboris trunco : viden?

Portitor *primus ſociis.*

Heus hùc ſiniſtris circùm agite remis ſcapham:
Tu ſiſte.— Jam omnes.— Verberate ſimùl aquas.—
Eja.—

Alphonſus.

Lodoix, mora brevis eſt; temet tene.

Ludovicus.

Succurre Fratri, curaque ultima ſit mei.

Alphonſus.

Salvum Rudolphum ripâ in ulteriori habes.

Portitor *primus Ludovico.*

Nil jam perîcli eſt; tuta ſunt omnia : pedem
Infer, Domine : librate remis interim
Cymbam labantem flumine adverſo.—Benè.
Subnecte puppi fruſta currûs naufragi.—
Hùc dexteris rotate palmulis ſcapham;
Tu ſiſte.—Jam omnes.—Verberate ſimùl aquas.—

Porti-

Portitores *tertius, & quartus canentes.*

Barbara ripæ columen noſtræ,
Dirige pleno flumine cymbam,
Quæ tibi remis acta citatis,
Principe ſalvo, læta propinquat.

Ludovicus *propè ripam.*

Illud, quod imminet ſacellum flumini,
Cuinam dicatur?

Portitor *ſecundus.*

Barbaræ poſitum eſt Deæ.

Ludovicus.

Gaudeo: licebit vota, quæ teneor reus,
Solvere.

Portitor *primus ad ripã Ludovico è cymbâ exilienti.*

Ego ſalvos illicò ſocios dabo.

Canunt duo Portitores, *dum viatores trãſmittunt.*

Scatens immenſis unda periclis
Flumine mortem ſæpè narãtem
Vidimus; arcet ſæpè propinquã
Barbara, ripæ columen noſtræ.
Pueri, caræ pignora Matris,
Solvite grates, votaque Divæ
Poſuit ripis fluvii ſalvos
Barbara, ripæ columen noſtræ.
Vivite, Fratres, vivite læti,
Nobile Patris, Pueri, germen.

Gerit

Digitized by Google

Gerit amborum Barbara curas,
Barbara,ripæ columen noſtræ. 1*

Rudolphus *ſolus.*

Ut animus horret adhuc periculi tenax!
Ut credo Patruo, cujus irriſi metus!
In aquis cadere multa, metuere omnia
Prudentis eſt. Hæc excident nunquàm meâ
E' mente verba: nihil timēre magis memor.

Alphonſus *exiens cum Apollonio.*

Credula juventus ſibi, ſenectuti nihil
Credit. Rudolphe,monitus hæc poteras mala
Vitare.

Rudolphus.

Conſtat plurimi prudentia.

Alphonſus.

Quid ergò vultis potiùs emptā, quàm datā?
O' ſibi nocentē inſaniam!

Apollonius.

Noli, precor,
In vitia declamare temporis: ſuo
Fumo laborat flammeæ ætatis calor;
Hic ut vaporetur, morâ longâ eſt opus.

Alphonſus.

Sola malitia prævertit annos. Eſt breve,
Quod reſtat itineris: ego per compendia
Præibo equo; vos impediti curribus

1* Interjicitur Scena Media, quæ mole ſuâ, & picturâ ſylvam claudit.

1* Prætoriam tenete, quam nôſtis, viam. 1*

SCENA X.

Ludovicus *ad aram, flexis genibus;*
Stanislaus *è nube.*

Ludovicus.

Evolāte Scenâ Mediâ, Poſtſcenium per mediam theatri ſylvā repræſentat ædiculā Virgini Barbaræ ſacram.

Barbara, Tonāti proximū Numen Jovi,
Quæ laureatum innubilo ſempèr caput
Lumine coronas; Dea ſerenati poli,
Cujus caducum fulmen ad nutus rubras
Extinguit alas; reddit excuſſum diem
Sol melior orbi; nubium ira detonat,
Deprælianteſque Æolus frænat Notos:
Has ego perîclis mille defunctus tuas
Amplector aras, gratiæ acceptæ memor.
Per te, Virago, crepuit incaſſùm propè
Colliſa nubes; per te inoffenſum caput
Circumvolavit ignis, & medio ſtetit
Suſpenſus axe. Fateor, (hoc tantùm licet;
Utiná licerēt plura!) quòd vivo, tuum eſt.

Dum ſequentia interruptè pronuntiat, tollitur paulatim è ſolo in ecſtaſim.

O' cura ſuperûm ſollicita ſempèr mei!
O' vita cœlo debita! tuum eſt, — eſt tuum,
Quòd vivo,--quod vivo,--eſt tuū,--tuū,--tuum eſt.

Stanis-

Stanislaus *hîc è nube apparens.*

O' mea voluptas, miſtus & curis amor,
Gonzaga.

Ludovicus.

Koſtkam video?

Stanislaus.

Scilicèt *brevì*,
Si fluctuantem portus optatus manet,
Tibi videndum ſalvus in portu vides.

Ludovicus.

Solet procellam clarior ſequi dies.
Mi Koſtka! mi ſol Koſtka! certè fax mea!
Ubi eras, recentis turbo cùm tonuit mali?

Stanislaus.

Præſens in auxilium adlaborabam tibi,
Et cùm fragoſos terrâ mugitus poli
Expavit, & cùm naufragus in aquis necem
Jájá obbibebas. Quin & hæc, quá modò colis,
Virgo mihi ſocias dedit in auxilium manus.
Nec illa, quamvis non rogata, te mori
Sineret, niſi priùs Cereris Orbiculo Sacræ
Vires reficeret arduam aggreſſi viam.

Ludovicus.

Mira loqueris.

Stanislaus.

Vera tamèn expertus ſcio.

Operam Vienæ literis puer dabam,
Hoſpes Novatoris hominis de illâ lue,
Quæ, cæca cũ ſit talpa, quidquid non videt,
Eſſe negat: ergò negabat in piâ Deum
Latere Fruge, quantus aſſidet Patri;
Poſtquàm potentia verba cerealem ſuper
Orbem ſacerdos promit exili ſono,
Solaque reſidua quantitas fallit manus,
Color oculos, linguam ſapor, nares odor.
Hìc me febrilis fortè corrodens calor,
Cõfectum agebat corpus in certã necem,
Salute deſperatâ; erat igitùr ſalus
Curanda mentis: at hoſpes impius vetat
Fruſtula petenti plena deferri Deo,
Piumque morem ridet, & tantam fidem.

Ludovicus.

O' Numinis patiẽtia! quid hanc fers luem
Impunè graſſari? quid impuro Sacram
Fœdare tactu pateris Harpyias Dapem?

Stanislaus.

Scelerata mœſtus tecta lamentis replens,
Tantum piabam, quâ licet pœnâ, ſcelus;
Cùm nova repentè lux ſuperfulget domum,
Totamque circùm purpuranti undiquè face
Coronat. Haud ſecùs ornat aulæis polum
Penſilibus aurora, quoties Princeps redux

Adven-

Adventat orbis. Ecce lectulum prope
Adverto ſtantē Virginem; geſtus, habitus,
Turriſq prodit Barbaram: aureā ad latus
Pateram tenebat elegans nimis Puer,
Qualem Miniſtrum antiquitas finxit Jovis.
Attonitus obſtupui, meaque neſcius
Fortunæ ad aliquid grāde ſpē erectā ſimul,
Oraq tenebā. At Virgo prius ipſa genibus
Innixa terræ, jubet adorari Deum
Pyxide latentem, meque cœleſti cibo
Componere. Et jam Ephebus elatâ manu
Super ora pateræ paululùm tenet dapem,
Solitoque more verba præfatus pia,
Tradit inhianti prodigus totum Deum.

Ludovicus.

O te beatum!

Stanislaus.

Vult, poteſtque te quoque
Beare Deus; ſtare modò propoſitis velis.

Ludovicus.

Antè revocabit Ticinus ad fontes aquas,
Antè Tagus ortum, veſperū Ganges dabit,
Antè boreali flabit à tractu Notus,
Et priùs ab Auſtris nubila Aquilones ferēt,
Quàm te retorto deſinam ſequi pede.
At quam mihi viam pādis? heu! omnia feris

Clauduntur æneis.

Stanislaus.

Refringet has Deus.

Ludovicus.

Refringet; impetu tamèn opus eſt meo:
Occultus igitùr, neſcioque viæ Patre,
Adire Romá meditor.

Stanislaus.

Hoc ego non probo.

Ludovicus.

Veſtigia premá tua; quid ergò non probas?

Stanislaus.

Multa licuere, quæ ſtatim jam non licent:
Graviora, Lodoix, te manét, vincla, lachrymæ,
Verbera, repulſæ; deniquè evinces Patrem.

Ludovicus.

Grave nihil eſt, ſi deniquè evinco Patrem.

Stanislaus.

Inſiſte fortis; deniquè evinces Patrem.

Ludovicus.

Si ſancta, ſi rata loqueris, cedo libens.

Stanislaus.

Sic volvit author ipſe fatorum Deus.

Ludovicus, *diſparente Stanislao.*

O' ſæpè, Koſtka, redde conſpectum tui;
Nil, te favente, triſte decernet Pater.

Interim

Interim deſcenderat.

Barbara, ſalutis ara, Barbara, ſi meæ
Studes ſaluti, (plurimum ut certè ſtudes)
Rege fluctuante, donec ad Koſtkam tuum
Gonzaga ſalvus & ipſe deveniat tuus. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ cũ converſis theatri Scenis, & laquearibus Palatiũ repræſentat.

SCENA XI.

Alphonſus, ejus Filia Major, & Minima natu, Cubicularius, *qui exit in fine.*

Major.

Non priùs anhelos humilior Titan equos
Abluet in undis, tecta quàm ſubeant, Pater?

Alphonſus.

Pauca niſi ſolidam ſtadia conſumant diem.

Major.

Fors aliqua longas proximis nectet moras,
Ut gaudia pigro ſempèr adrepant pede.

Minima.

Ambo, Soror? ãbo? vah! Rudolphus non venit.

Alphonſus *ſubridens.*

Et hanc videndi cura Patrueles coquit
Atomũ mulieris? Habes Rudolphũ quoq; tuum.
Dic, quâ recipies fronte?

Minima.

Quâ, Pater? hilari.

Alphonſus.

Quâ gratulabere voce?

Minima.

Muſicâ, Pater.

Alphonſus.

Et geſties præ gaudio?

Minima.

Saliam equidem.

Alphonſus.

Venditat ut artes facilis hæc ætas ſuas!

Sapis, minutum virginis fruſtum, ſapis.

Hæc Majori.

Tu non minùs hilarare Gonzagam ſtude;

Imò magis: intereſt meâ, & refert ſuâ:

Ut ut medere ſaucio.

Major.

Mœret igitùr?

Alphonſus.

Vera attigiſti, Nata; mœret, & quidèm

Mœſtiſſimè.

Major.

Cur?

Alphonſus.

Neſcio quod occultum alit

Monſtrum ſuamet in damna, ſi rumpit foras.

Ne quære plura: mœret: hæc ſumma eſt mali.

Major

Major.

Et eſt malorum ſummum : ineluctabili
Morbo mederi me jubes.

Alphonſus.

Tenta tamèn
Fomenta : deſperata nonnunquàm ſalus
Redivit. Ite, Filiæ: ad limen puto
Eſſe Patrueles; facio non longã moram.

Abeunt Filiæ.

Quà primus aperitur aditus piis dolis,
Hàc eſt eundum: mulceant cantu priùs,
Geſtuque pectus obſtinatum virgines,
Ut mox virilis, quò volet, flectat manus;
Certèque mulcebũt: nihil fœmina poteſt,
Niſi vincere ſuis artibus poteſt virum.
Ecquis canoræ neſciat Circes dolos?
Siculi cui latent monſtra Sirenes maris?
Mutavit illa carmine potenti in feras
Socios Ulyſſis; perderet Ulyſſem ſuo
Doloſa Siren, mille ni nodis tati
Caneret ligato: fabula eſt veris minor.

Cubiculario, qui hìc exit.

Sed ecce puerum: fare, quid portas novi?
Urbi propinquãt Principes?

Cubicularius.

Jam ſunt domi,

Et te morantur in Gynæceo, ubi ſimùl
Dominæ.

Alphonſus.

Dabit læti aliquid hæc mihi dies.

SCENA XII.

Ludovicus, Rudolphus, Ticianus, Apollonius, Chorus Virginum, Filiæ Alphonſi Major, & Minima, Alphonſus, *qui brevì aderit.*

Sedent Principes, & Virgines.

Major, *evolante Scenâ Maximâ.* 1*

Gonzaga, flos, & gēma juvenum, bellulus,
Fons gratiarum purus, animatus pudor,
Totusque forma, & dignus imperio decor.

Ludovicus *aſſetationem interrūpens.*

Domina, citò nimis induis me *purpurâ*.

Major.

Natura pridèm finxit ad ſceptrum manus;
Hoc deindè virtus meruit, & regni capax
Præſentia animi, dareque citò agitat Pater.
Quod ſcire vellē, non nihil habeo, ſi ſinis
A' me rogari. Scilicèt quid hoc jubar
Frontis, quid oculorum vibrantēs has faces
Obnubilat triſtitia? Dic, dic, corculum.

1* Evolat Scena Media. Cōverſū poſt-ſceniū cū theatro Palatium repræſentat.

Ludovi-

Ludovicus.

Inſigis unguem vulneri palpans meo,
Cauſasq́ habet ſanguineus hic rubor novas.

Alphonſus, *hîc ingreditur, aſſurgũt omnes.*

Salvete, Pueri.

Ludovicus.

Patrue mi, ſalve diu.

Alphonſus.

Sedete. Cernis hîc Rudolphũ jam tuum,
Pupa malè credula?

Minima.

Video jam, jam, Pater.

Major.

Soles duos hæc clarior peperit dies.

Rudolphus.

Tenebrōſa jam demerſit hæc eadem duos.

Ludovicus.

Forſàn laterent meliùs in tutis aquis.

Alphonſus.

Bona verba, Lodoix: & procellas, & ſuas
Habent canoras maria ſirenes; procùl
Abière triſtia; læta modò nos hîc manent.

Ludovicus.

Non ſine perîclo audire ſirenes datur.

Alphonſus.

Quæ canit in hac domo, innocua ſiren canit.

Agite

Agite Puellæ, ſpecimen ingenii date.

Chorus Virginum canendo.

Sibi vult puer omnis iniqua,
Fera, triſtia, dura, ſevera,
Cui gaudia libera ſordent,
Cui triſtia vincula rident.
Lodoix, meditaris iniqua,
Fera, triſtia, dura, ſevera;
Fruitor benè, blādulè, blādis,
Juga mitte rigentia bolius.

Rudolphus.

Scitè: nimis placuere. Ut altè Parvula
Vocem evibrat! ut ad ima flectit! ut ſecat
Mediam! ut rotat aliquandò liberā, & gravem!

Alphonſus.

Omnibus at hoc cantoribus vitium ferè eſt:
Sic verba truncant, trunca verſant, replicant
Verſata; nunc has leniunt, has aſperant
Nunc ſyllabas, ut miſceāt malè, vel premāt
Sententias, & vacuus à ſenſu ſonus
Fruſtretur aures; Niſi ita; dic, Lodoix, tenes
Carmina?

Ludovicus.

Nec hemiſtichiū: at hoc potiùs meo,
Quàm Muſicæ, verte vitio: fugit aliò
Mens interim.

Major.

Major.
Tibi nuda concentu dabo.
Repetit carmen.
Sibi vult puer omnis iniqua,
Fera, triſtia, dura, ſevera,
Cui gaudia libera ſordent,
Cui triſtia vincula rident.
Lodoix, meditatis iniqua,
Fera, triſtia, dura, ſevera;
Fruitor benè, blãdule, blãdis,
Juga mitte rigentia bobus.
Ludovicus.
De more verſus muſico effutis leves.
Major.
Quìd te gravaret carmen? ipſe tibi es gravis.
Alphonſus *Minimæ.*
Jam, Pupa, quos te gaudium in ſaltus ciet?
Minima *ſurgit, & provocat Rudolphum ad tripudium ſingulare.*
Rudolphe.
Rudolphus *ſurgens.*
Domina, tibi imparẽ inducis choro.
Alphonſus.
Metire, Lodoix corporis ductum, ac ſtatum,
Flexusque doctos: rara Pupæ eſt gratia.

Mini-

Minima *canens ſalit cum Rudolpho*.

Age citus, age Puer,
Quate, bone, pede ſolum.
Prior ego rego chorum,
Propè tere pede pedem.
Modò rege, modò præi,
Sequar ego propè Ducem.
Fuge retrò, fuge, fuge:
Cedo mihi propè manum.
Benè ſatis, Amor; abi.

Alphonſus *Ludovico*.

Nil melius oculos capit, & aures. Quid tibi?

Ludovicus.

Qui neſcit artē, reprobet artificē, aut probet,
Dat verba ventis, quæ ferant ludibria.

Alphonſus *Ludovico, quem Major Patruelis provocat etiam ad tripudium*.

Sed ecce Patruelis laceſſit in chorum.

Ludovicus *provocanti*.

O' parce provocare, parce, ſi me amas.

Major *ſtans, & canens provocat*.

Primævæ Lodoix gloria formæ,
Pulchello Juvenis pulchrior omni,
Pauliſper facilis deſipe mecum,
Obducti poſitis nubibus oris.

Canens,

Canens, & ſaliens provocat.

Lodoix, mea cura, genuſque,
Age nunc imitabere Fratrem;
Age nunc pede percute terra;
Quate jà, quate, bellule, inecũ.

Ludovicus *ſurgit indignabũdus.*

Hìc ſunt apertæ inſidiæ, apertæ ſunt, patent.
O Patrue, ſic poſt tot labores, tot mala
Me, tu, domique tuæ? ſed incolumem fuga
Servare poterit.

Alphonſus *abeunti.*

Quem fugis, Gonzaga, quem?
Morare, quæſo: non vides hoſtes; tua
Patruelis hæc eſt, egoque Patruus ſum tuus.

Apollonius.

Ne perde verba, Domine; reditus in domum
Eſt certus: illi quid ſuboluit hìc mali,
Neſcio; tenere tamèn tenacem non potes.

Alphonſus.

Contra omnia refractarius perſtat: Patri
Jam credo: nullo vincitur aratro filix. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ cũ converſis ſimul theatri ſcenis, & laqueari-bus, ſylvam repræſentat.

CHORUS

CHORUS IN ORCHESTRA.

Virtuti non inimici modò, & extranei; ſed amici etiam, ac propinqui officiunt.

Quî fit, ut virtus odiis laboret,
Ac dolis ſempèr pateat ſceleſtis?
Quæ manus telis onerat pudēdis
Cauſa nocentûm?

Quem ſcias tutò coluiſſe Divos,
Quem viam cœli tenuiſſe tutò?
Obſidet callē, laqueosque tēdit
Hoſtis in arcto.

Pugnat occulto malè fidus aſtu,
Quē nimis fiſus vocitas amicum:
Ipſa te perdet malè temperata
Cura parentum. 1.*

Oſculis mater quoties venenū
Inſpuit nato miſerè volenti!
Strangulat nexu catulos tenaci
Simia prenſos.

Tu pius fruſtrà, Lodoix, Parenti
Ne, cave, cedas; pietas nocebit;
Quin potens voti furias, preceſq
Vince precando.

1.* Evolāte Scenâ Mediâ, cōverſū poſtſceniū ſylvam repræſentāt.

Spreve-

Sprevit obſtãtem tuus ille Fratrem
Koſtka; deſpexit patrios amores,
Perq́ calcatum via ſtrata Fratrem,
Perque Parentem. 1*

CHORUS VERSATILIS

Octo Geſticulatores cantu paritèr, & artificioſo corporũ motu Ludovicum monent, ut ſtet propoſitis.

Hæc concinentes, dum procedunt in theatrum.

Ludibundam commonere
Vera Pubem quis vetabit?
Fas eſt dicere vera jocantes,
Fas involvere ſeria ludo. 2*

Dum ſaliunt, omnes.

Mille gyros necte, Pubes,
Mille tractus, mille nodos:
Eja miſce læta cantus,
Tolle centũ læta ſaltus:
Fas ſevera geſtiendo
Explicare, fasque vera.
Imò ſiſte: necte palmas;
Imò cœlo tolle dextrâm.

1* Evolat Scena Ultima. Cõverſæ theatri ſcenæ, ipſumque mutatũ poſtſcenium, & laqueare utriuſq Palatiũ repræſentant.

2* Interjicitur Scena Ultima.

Digitized by Google

Unus *è choro,*

Siſte: firmas fige plantas.

Duo, *immoto choro, non ſine arte.*

Sic firmus reduci ſtet Lodoix pede,
Nec ſtantem moveat propoſitis Pater.

Omnes, *dum gyros alios miſcent.*

Mille gyros necte, Pubes,
Mille tractus, mille nodos:
Eja miſce læta cantus,
Tolle centum læta ſaltus:
Fas ſevera geſtiendo
Explicare, fasque vera.
Imò ſiſte: necte palmas,
Imò cœlo tolle dextrâm.

Unus.

Siſte: fidas junge dextrâs.

Duo, *immoto choro, non ſine arte.*

Sic ſervet Lodoix propoſiti fidem,
Nec ſolvât refugâ Numina dexteram.

Omnes *in novos gyros.*

Mille gyros necte, Pubes,
Mille tractus, mille nodos:
Eja miſce læta cantus,
Tolle centum læta ſaltus:
Fas ſevera geſtiendo
Explicare, fasque vera.

Imò

Imò ſiſte: necte palmas,
Imò cœlo tolle dextrâm,
Unus.
Siſte: ſignet index aſtra.
Duo, *immoto choro.*
Sic pergat Lodoix, quò manus indicat,
Nec tellus retrahat, quem polus arripit.
Omnes, *dum gyros deniquè instaurant.*
Ergò vive, Pupe, vive,
Vive firmus. Vive, Pupe,
Vive, Pupe vive; vive;
Vive fidus. Pupe, vive.
In quod jã properas, perge citus, bonum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PERIOCHA
ACTUS TERTII.

SUboluit Ticiano fuga, quam Ludovicus olim adornabat, & ſuſpicatus Apolloniũ hortatorem eſſe, omnia ſtatim ad Marchionem defert, qui Apollonium, multà fruſtrà conantem, in carcerem trudi jubet. Ludovicum audit; ſed, nihil ſedato furore, in cubiculo claudi imperat. Hîc Ludovicus ſibi ſoli iratus Patris ſupplicia prævertit verberibus. Familiares rimati per valvas, quid intùs agat, Marchioni renuntiant. Pater Filio indolens, & ſeveritati ſuæ conſulens, per tumultum ex induſtriâ ſubortum irrumpi jubet in conclave: aperto oſtio, apparet Ludovicus in genua provolutus, cruentataque flagra tenens manu. Marchio, rem aliò trahens, eum malè probroſis verbis afficit; & ſolus alterno patris, vindiciſque affectu æſtuat. Ticianus timens, ne tandèm aliquandò cedat Filio, quo fiat, ut Apollonius à vinculis liber capiti ſuo inſultet, eum machinatione verborum aggreditur, ut confeſſionem à negante aucupetur, & ſupplicium præcipitet; veteratorem tamèn non fallit. Intereà Ludovicus Koſtkæ ſuo amicè queſtus voti moras, Angelici cantûs ſuavitate lenitur vel ad ſomnum: Stanislaum

laum videt in ſomniis, à quo docetur potentiſſima verba, quibus ſtatim Patrem potiùs fulminat, quã alloquitur; ſolviturque *dignus vindice nodus.* Ergò ingenti apparatu Purpuræ renuntiat Ludovicus, & gaudio exultans feſtinat Romam. Erat in ſolitudine aliquot milliaria remotâ ab Urbe Eremita, cui liberalis Ludovici caritas vitæ neceſſaria impertiebatur. Hic in urbem veniens cometam Gonzagarum Palatio imminentem; nutante ſubitò terrâ Palatii ruinas; ſerenato deniquè aëre, lucidiſſimâ ſtellam, Palatiumque reparatum videt. Ex Angelo diſcit vicinam mortem Ferdinandi; infelix regnum Rudolphi; fortunam Franciſci minimi ætate Fratris. Et jam Ludovicus voti compos Societatis ſuæ, & Fratrum Tyronum amplexibus fruitur.

ACTUS III.

SCENA I.

1* Interjicitur Scena Media, Cõverſæ theatri ſcenæ, & laqueare Nemus repræſentant.

2

Ticianus.

Teſte vacat hortus: tutus erumpat dolor.
Quid audio? ecquis rumor aures verberat?
Gonzaga, meque, Patreque neſcio, fugam
Præcipitat? Hoc Gonzaga cogitat meus!
Tantùmne tædet purpuræ? tantùm ſuæ

Felicitatis, ut abdicare ultrò velit,
Quod jura natalitia dant paucis bonum?
Et quâ Parentum vendit imperium Puer
Mercede? vendere quâ puer ſolus poteſt:
Népè ipſa egeſtas divitis pretiũ eſt Domûs.
Miſerãde Lodoix! (ſi, miſer qui ſit volens,
Miſerabilis alicui eſt) miſer certè Puer!
Hoc ſcilicèt erat, quod, remotis arbitris,
Sæpè inſuſurrabas Apollonio? hoc erat:
Quidnî probaret cuncta ſimulator levis,
Mendax, bilinguis, callidi Euripus doli?
Ah! neſciebas mentis aſtutæ indolem,
Adhucque neſcis: facilis illudi eſt puer.
Ego perduellem novi, ego; quem cõſulis,
Non tibi, Rudolpho conſulit ſuo, & ſibi:
Hæreditati inhiat avarus; nam, ſuum
Si tibi Rudolphum fortè ſuffectum videt,
Sperat favorem Principis, magnaque ſibi
Fingit ſuperbus; imperî ſociâ manu
Tractare habenas; munia, ut libet, ſuis
Mandare regni; civium ambiri ferox
Studiis; palatia, equos, nemora, currus loquĩ:
Ut iſta tunc aſpiciam? ut iſta nunc feram?
Eſto tamèn, aſpiciã æquus, æquus hæc probẽ:
Quid, ſi Parenti ſuboleat, quin ego priùs
Illi indicem? Silentium arguit reum,

Nomi-

Nomineque nullo culpa prætexi poteſt:
Nam, ſi ſciebam, cur ſtatim non detuli?
Si neſciebam, malè vigil curas ago;
Si vera credo, præoccupare debui;
Si falſa, Principis cavere infamiæ.
Quid ergo? Nati conſilia ſciat Pater,
Servique Dominus facinus inviſum ſciat:
Doleat; benè ſuum quiſque tutatur caput.
Quid hîc moror? Sed ecce Marchio procùl 1*
Spatiatur horto ſolus: occaſio vocat.

1* Evolat Scena Media, Poſtſcenium & Nemus repræſentat, & in pavimẽto Viridariũ habet.

SCENA II.

Marchio, Ticianus.

Marchio *deambulans hæc ſecum.*

Alphonſus aſſerere ſuo Natum Patri
Sperabat; at ut illè citò deſeruit latus
Sibi malè fidum! nempè præcinctum gerit
Adamante pectus; reſilit, haud infringitur
Ad mallei ictus: ego tamèn poliam manu
Tenaciori.

Ticianus *paulatim acceſſerat.*

Domine; ne fiam reus
Scelere alieno, & ne (quod avertat Deus)
Ipſe miſer, infelixque fias, inſolens,

Invitus, opportunus attamen reum
Accuſo.

Marchio.

Functus eſt periclo jam ſuo,
Pericla qui novit. Age quem, quidq́ timeã?

Ticianus.

Quē rere minimè, quodq́ non putas malũ:
Natum impiè pium time, & licitum nefas.

Marchio.

Serò, Ticiane, ſapis: nihil jam fers novum.

Ticianus.

Teſtor nitentis Solis æternas faces,
Et ſe rotantis cominùs Lunæ jubar,
Vix ſuſpicatus defero.

Marchio.

Quod jam vagus
Rumor per urbem voce conſtanti canit,
Te latuit unum?

Ticianus.

Juro per quidquid pium,
Sanctũq́ cœlo eſt; per tuum geniũ,& caput;
Per ſceptra formidanda perfidis tua;
Vix ſuſpicatus defero; nec adhuc mihi,
Quod ſuſpicor, ſatis habeo ſuaſum nefas.
Non nego, quòd innata pietas ſempèr mihi
Fuerit timori; maximè poſtquàm *gravem*

Princi-

Digitized by Google

Principibus eſſe purpuram ; in cœlum gradus
Tardare , multaque ſimilia cœpit queri .
Sed quòd, negante Patre, fugiat..

Marchio.

Quid novi?
Deſerere vult me trâſfuga? ah! quale attonat
Has fulmen aures!

Ticianus.

Nēpè præcipitat fugam.

Marchio.

O' Societas ; ſic memet eripis mihi ?
Adeò rapina placuit , ut viſcera mea
Vellere cruentis manibus intrepida pares?
O' fera leæna ſempèr eſuriens ! lupa
Sēpèr inhiâs! ſed ego per avia nemorum,
Per antra , per deſerta , & æternis loca
Damnata tenebris Filium raptum ſequar,
Te perſequar. Ticiane, non dubiū ſcelus
Prodis, novūq; prodis.

Ticianus.

Author adhuc latet,
Et latet in ipſâ , dum vagare foris, domo.

Marchio.

Domo ſceleſtus ! perduellis ! in domo !
Ratum eſt ; peribit illicò ; appella reum .

Ticia-

Ticianus.

Apollonius eſt, qui in fugã præfert facẽ.

Marchio.

Apollonius! O' ſerve perdite, o' caput
Pœnas daturum crimini tanto pares!
Per aſtra juro, non erit inultum ſcelus.
Hùc milites, urbiſq́ Præfectum voca. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ cũ converſis theatri ſcenis, & laquearibus, Palatiũ repræſentat.

SCENA III.

Ludovicus, Apollonius, *brevì* Marchio, Præfectus, Milites.

Ludovicus *ſecum*.

Quìd, anime, fluctuas? jubet ſic, ſic meus.
Vult Koſtka: ſpera, fide; reſerabit fores.

Apollonius.

Clauſus ut in arcto ſpiritus terræ ſinu
Rimatur exitum, malè patiens premi,
Et, quâ data via, querulus erũpit foras;
Sic quæ ſolicitum conſilia pectus tegit,
Auri fidelis geſtiunt credi viri:
Effare, ſi tibi cognita fides eſt mea.

Ludovicus.

Cognitaque ſolius mihi tua eſt fides;
Nil te latere, cuncta Ticianum expedit.

Quandò,

Quandò repulſas ſempèr objectas Patris
Nec prece,nec ullis vincere lacrymis datū eſt,
Furta meditabar, & fugam , ut te non latet.
At , quem futurum credidi viæ ducem ,
Hic obſtat idem Koſtka, diſſuadet, vetat;
Et quod ſibi licuit , licere mihi negat.
Occule, quod aperiam.

Apollonius.

Monere deſine.

Ludovicus.

Concepta nupèr vota ſolvebam reus
Virginis ad aram Barbaræ, cùm me ſolo
Occulta vis erexit attonitum , & polo
Viciniorem poſuit...

Apollonius *leni voce.*

Abrumpe , amputa;
Ecce Pater .

Ludovicus.

Inſolita latus ſtipat manus .

Marchio *cum Præfecto, & Lictoribus.*

Sceleroſa capita, dicite ; rata jam probat
Uterque conſilia?

Ludovicus.

Ambigua rogas, Pater:
Quæ conſilia?

Mar-

Digitized by Google

Marchio,

Neſcire fingis impudens

In ſcelere deprehenſus hoc ipſum ſcelus;
At te docebit pœna, cujus ſis reus.

Ludovicus.

Imò innocentem me arguet patientia.

Marchio.

Superbus ampullas modò eructas: ſtatim
Ceſſare faciã verba, cũ ad verbera. Stupes,
Apólloni? vel potiùs infamis lues,
Infame Bárathrũ, ſerve nequiſſime, ſtupes?
Mergite ſub atrâ nocte fœdi carceris
Luce caput indignũ.

Apollonius,

Domine...

Marchio.

Dominũ ſcies.

Onerate ferri pondere fugaces pedes:
Hæc eſſe ſervis pœna fugitivis ſolet;
Mox perduelli jura cruciatus dabunt.

Apollonius.

Indicta cauſa eſt.

Marchio.

Ecquid appellas forum?

Vulgare crimen impudentes non pudet.

Ludovicus.

Quod crimen?

Marchio.

Obmuteſce.

Apollonius.

Quod crimen?

Marchio.

Tace.

Rape, lictor.

Lictores deducunt Apollonium è theatro.

Ludovicus.

Affuſus tuos, Pater, ad pedes...

Marchio.

Non ſum pater.

Ludovicus.

Sum filius.

Marchio.

Tu filius?

Es dedecus Atavorum, es infamia Domûs,
Es fraudis architectus, es ſervus fugax.

Ludovicus.

Quodcũque mavis nomen audire, audias,
Oro, precantem juſta.

Marchio.

Quid juſtum potes,
Improbe, precari?

Ludo-

Digitized by Google

Ludovicus.

Parce Apollonio; meum
Eſt omne, ſiquod eſt, quod inſinuas, ſcelus.

Marchio.

Igitùr parabas fugere?

Ludovicus.

Mens olim mihi
Hæc fuerat equidē; monitus attamèn exui.

Marchio.

Cur ergò mendax id negabas? ſcilicèt
Quæ conſilia? quod crimen? ambigua rogas:
Imò innocentem me arguet patientia.
Quem luderes, ſic eſſe pronum me putas?

Ludovicus.

De ſcelere quærebas; fuga haud crimē foret.

Marchio.

Inſane, teque, & me, Domumqq́ perdere
Exiſtimas ludum eſſe? fata ſenis Patris
Urgere crimen haud foret? Deus bone!
Hic parricida ſibi videtur innocens.

Ludovicus.

Si crimen eſt, ego ſolus hoc pœnâ luam;
Certè innocens Apollonius eſt.

Marchio.

Ego tibi
Credam, ſceleſte? verba meliorum audio:

Tuere

Tuere cauſam, ſi potes, tantùm tuam.

Ludovicus.

Non eſt mea; ipſe tuebitur ſuam Deus.

Marchio.

Rebellionem tu Dei cauſam vocas?

Ludovicus.

Quicunque cœlo militat, nulli quidem
Rebellat.

Marchio.

Hoſtis quisquis eſt ſui Patris,
Non militat cœlo.

Ludovicus.

Sed ego tantùm mei
Vellem hoſtis eſſe.

Marchio.

O' Sanctitatē maximam!
Ecquis ita malus eſt, qui eſſe non malit bonus?
Tua cumulabo vota, fiesque melior:
Te, me, propinquos, & domeſticos tui
Habebis hoſtes.

Ludovicus.

Habeo juratos diu:
Ergò fugiendos rebar.

Marchio.

Et cenſes adhuc?
Fatere.

Ludovi-

Ludovicus.

Quorſum? *verba meliorum audies.*

Marchio.

Hæc patior? inſultat ſuo impius Patri.
Præfecte, tolle ſacrilegum, deduc, rape.

Præfectus.

Memento lenitatis inſignis tuæ.

Marchio.

In quem?

Præfectus.

In puellū.

Marchio

In impium?

Præfectus.

In natū.

Marchio.

In feram?
Carcere reconde debitum nocti caput.

Præfectus.

Jube, rogo, Domine, quæ tuū natū decet.

Marchio.

Turpiſſima decent impudentem.

Præfectus.

Conſule
Saltèm tibi.

Ludovi-

Ludovicus *Præfecto.*

Meo conſulit Pater bono;

Has mitte curas.

Marchio.

Age cubiculo in ſuo

Occlude, dum mõſtra nova cruciãdi paro.

Ludovicus, *dum deducitur à Præfecto.*

Supplicia patrum lenta: prævertam libens.

Marchio *ſecum.*

Difficilis, aſper, dure, quò rapis Patrem,
Quod dulce nomen lenitatem ipſa ſonat,
Quo rapis? in odia, verbera, catenas, cruces.
Eheu! tuorum, Nate, meritorũ immemor,
Virtutis, artis, indolis, formæ, ingenî
Corrumpis uno gratias multas probro,
Ideòque peccas, quòd metu nimio times
Peccare; cætera bonus: heu! nec te tui
Miſeret, nec irati Patris, qui ſcilicèt
Affligar ipſis, quas mihi pœnas dabis.
Perſtabo fortis tamèn, & exuam patrem,
Ut ipſe filium induas.

Præfectus *rediens tradit clavem.*

Actum eſt.

Marchio.

Benè.

Scrutare modò per hiantium rimas forûm,

Quid intùs agat, ut poſteà renarres mihi.

Abit Marchio.

SCENA IV.

Ludovicus *intrà*, Præfectus, Marchio, Familiares, *qui cum Marchione brevì aderunt*, Chorus *poſt ſcenas*.

Ludovicus *poſt ſcenas*.

Mecum benè Pater egit: in Clauſtro jubet
Degere volentem: ſic, quaſi noceat, favet;
Sic noſtra cumulat vota; ſic demũ me amat.
Sumus quidèm in Palatio, ſed hoc parùm
Refert: Religio mentis, haud loci bonũ eſt.
Ergò procùl indumenta ſint jam non ſui
Corporis; in arcto quisquis eſt, hoc ſe levat
Onere, ut ſolutus meliùs in apertum volet.—
Benè: expeditus adſto; jam Chriſto propè
Accedo nudo nudus: ad verbera patent
Sceleroſa terga; (Sic ſciens vocat Pater,
Et ſunt) aratra, flagra; ſterile agri jugerum;
Fortè patietur ſemen, & cedet filix.

Sonant verbera.

Chorus *poſt ſcenas*.

Heu! heu! mitiùs: heu! ſatis.

Præfe-

Præfectus *ſecum.*

Heu! heu! quis hæc aſpiciat, & parcat oculis?
Nudantur oſſa carne, ſub flagro gemunt
Pulſata viſcera, ſanguis in plagas fluit;
Flagella, terga, manus, pavimentũ rubent.
Heu! mitiùs age, mitius feri, ſatis.

Chorus *poſt ſcenas.*

Heu! heu! mitiùs: heu! ſatis.

Præfectus.

Non ceſſat, inſtat, cumulat ictus ictibus,
Plagâque plagam renovat, ac in ſe furit
Crudelis. Heu! pars nulla vulneribus vacat.
O' cara Superis anima, quorſũm te enecas?
O' ſancte juvenis, hoc tua pietas meret?
Quid ego ſceleſtus? ah Baráthrũ demoror!
Eviſcerato parce corpori, innocens.
Heu! mitiùs age, mitiùs feri, ſatis.

Chorus *poſt ſcenas.*

Heu! heu! mitiùs: heu! ſatis.

Præfectus.

Heu! penè totus, mole collapſâ, ruit:
Jam moritur: eccè pallido in vultu ſedent
Propinqua fata. Suſtine Puer manum.
Quìd hîc moror ſcrutator impius, ferus?
Immotus iſta, ſi poteſt, videat Pater.

Dum ſubiratus it vocatum Marchionem,

offendit venientem cum aliquot familiaribus.

Accurre; ſeſe Natus interimit tuus.

Marchio.

Interimit?

Præfectus.

Ita corpuſculum immanis ferit.

Accedunt ad valvarum rimas.

Audis? videſnè? Sãguinis ſupereſt parùm.

Marchio.

Aſtutus in ſe pugnat, ut vincat Patrem:
Scit vulnerare per ſuum meum latus;
Faciatne? diſſimulabo, quo licet, dolo.
Tumultuare, quantum id ingenio poteſt
Fingi.

Familiaris *primus*
hæc altiori, & trepidâ voce.

Perimus! populat ardentes domos
Effrænis ignis.

Præfectus.

Heu! in auro paſcitat.

Ferte, date flumen.

Familiaris *ſecũdus ad januam.*

Ecquis hâc clavem?

Præfectus.

voca

Dominum; ille ſervat.

Fami-

Familiaris *primus.*

Interim regnat lues.

Præfectus.

Impelle valvas.

Familiaris *ſecundus.*

Ænea reſiſtit ſera;

Opus eſt ſecuri.

Præfectus.

Tecta quis ſuperat?

Familiaris *primus.*

Via

Nulla datur.

Præfectus *Familiari ſecundo.*

Heus tu quære ſcalā, fer citus.

Familiaris 2, *quaſi Marchio non interfuiſſet.*

Ecce Dominus.

Marchio.

Quid accidit trepidi?

Præfectus.

Flagrat

Conclave; cauſa latet.

Marchio.

Patet certè mihi:

Parentis odit Filius gazas ſui.

Tradit clavem.

Aperite. Meruit author in ſcelere premi. 1*

1* Evolat Scena Media; Poſtſcenium interius cōclave repræſentat.

Aperto oſtio, apparet Ludovicus in genua provolutus cum flagris cruentatis.

Tu, machinator facinorum, meam domum
Incendis ?

Ludovicus *ſurgens.*

Incendere quid hoc poſſit geſtu?
Nulla, Pater, hîc eſt flãma, nullus hîc calor,

Præfectus *Marchioni.*

Te collige, Domine; finxit hos error metus.

Hæc in aurem.

Eheu miſellum ! incendium poſſet ſuo
Extinguere cruore: paries tantum madet.

Marchio *Ludovico.*

Quid pendulũ hoc è dexterâ?

Ludovicus *laborans abſcondere.*

Nihil eſt, Pater.

Marchio.

Redde.

Ludovicus.

Nihil eſt.

Marchio.

Trade cito citiùs; ni velis...

Ludovicus.

Vilis ſupellex penè nihil eſt : en habes.

Marchio.

Quorſùm flagella?

Ludo-

Ludovicus.

Lenta præverti libens

Supplicia Patris.

Marchio.

Aſperior hæc dabit manus

Citò nimis: interim recede: vos quoque.

SCENA V.

Marchio.

Totus redivit, vindice ejecto, pater.
O' viſcera mea immorea, cruda, & feral:
Hæc irretorto lumine video flagra
Sancto cruore ſatura Filii? meo
Imò ſatura cruore: meus eſt hic, eſt meus
Hic ſanguis: olim particula tenuis fuit,
Nunc auctus in melioribus venis poteſt
Hæc liberalis flagra purpurâ ſuâ
Imbuere, digna mille queis ponā oſcula,
Lachrymis ut iſtū ſanguinē miſtū obbibam.
Fruſtrà reſiſto: en purpuræ renuntiat,
Quamq́ à Parente acceperat, reddit Patri.
Mi Nate, vincis; abire jam per me licet:
I, ſancta ſoboles, fata quò tua te vocant;
Ego mœſtus, illætabilis, ſolus gemam,
Dum Parca canos capitis hujus non metet,

Labiiſque in ultimis morabitur anima:
I; prole tantâ videor indignus pater,
Vel munera polus invidet mihi ſua.
I, ſiſque felix, quandò non aliâ placet,
Niſi quæ miſellum me facit felicitas.
Heu! undè totus corpore, & mẽte horreo?
Dura nimis excidere verba: quis pius
Id voluit unquàm filius? cara eſt enim
Fortuna, quam parentis infortunio
Natus emit. Heu? redit iterũ juſtus furor.
Non ſic arenas ſorbet, & iterùm vomit,
Fluctuque fluctum frangit æſtuans mare,
Ut ipſe varias patior alternans vices.
Teneatur attamèn; ita mihi demũ placet:
1* Vindex redivit totus, ejecto patre. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ cũ converſis theatri Scenis, & laquearibus Nemus repræſentat

SCENA VI.

Ticianus, Apollonius *in carcere.*

Ticianus *ſecum ſolus.*

Zephyris ſecundis navigat portu ratis,
Poſtquã ille ſævus turbo, qui halitu mare
Fœdo citavit, Principis liquit latus
Apollonius, ut cederet totum mihi:
Vacuum occupabo ſolus, & facili nimis,

Quò

Quò Dominus,& ego volumus, impellã manu.
Nihil timerem, niſi quòd in magnis metum
Fuiſſe ſatis eſt, ſempèr ut reſtet metus.
Finge tibi, quòd perjurus,& mendax negat;
Ecquis probabit, teſte quod crimen caret?
Si non probatur, innocens credi poteſt;
Si creditur, triumphat, & veterem redit
In gratiam, rurſùmque miſcet omnia.
Arte igitùr aucupanda veritas mihi eſt:
Fateatur,& jactet palàm,quod modò tegit. 1* Evolat Scena Media: Poſtſceniũ cũ theatro Nemus repræſentat, & in ultima ſui parte carcerẽ habet.
Sæpè capitur alio artifex doli dolo.

Apollonius *apparet hìc in carcere.*

Videonè Ticianum? O'mihi ſydus novum!
Jam fœda carceris umbra caligat minùs.

Ticianus *interim acceſſerat.*

Vellem teneri, Apólloni, vinclis tuis.

Apollonius.

Sola meruiſſe gratiam tantam poteſt,
Quæ carceris me cauſa damnavit reum:
Atteſtor orbes ſyderum, & quod ſanctius
Remota cœli templa mortali vetant
Temerare lumine, vincla patior innocens.

Ticianus.

Et illa pateris, quæ tibi in laudem trahas.

Apollonius.

Hoc innocentes lactat in pœnis reos

Com-

Commune decus.

Ticianus.

Ad altiora te vehit
Tua cauſa.

Apollonius.

Scilicèt ad paratā jam crucē?
Suſpendiumvè?

Ticianus.

Benè ominare; quin tuæ
Gratare magè felicitati.

Apollonius.

Qui innocens
Eſt, eſſe felix miſeriâ in ſuâ poteſt.

Ticianus.

Nec ſcis, nec ultrà gaudiū tuum moror:
Jam Marchio precibus annuit Nati ſui,
Primùm negāti ſimilis, & ſtatim palàm;
Nam poſuit in ſcelere reſiſtere tam piis,
Sanctisque votis Filii: auditus etiam
Laudare conſcios, & authores fugæ.

Apollonius.

Obſcura volvunt verba perplexos ſonos;
Omnia mihi nova, *vota, nutus, fuga, preces.*

Ticianus.

Quid obtegis negādo? jam non eſt ſcelus;
Fatere pietatem, & religionem tuam,

Ut,

Ut te beatum crimen efficiat reum.

Apollonius.

Mendacium ambis? tūc reus ſiī miſer.

Ticianus.

Nihil ergò nôſti prorſùs?

Apollonius.

Omninò nihil.

Ni verba mavis perdere, ignarum doce,

Quid accidiſſe Regiâ inſinuas novi?

Ticianus *iratus, & recedens.*

Veterator es: te novimus benè jam diu.

Apollonius.

Tenebrio es: & te novimus benè jam diu.

Captare perge alios, ut aſſoles, ſtrophis.

Ticianus.

Tu ergaſtulo jam captus, interim æneas

Corrode crates; dente prorumpes viam. 1*

Hæc, poſtquā Apollonius, & carcer diſparuit.

Ut ſe innocentem prædicat ſemèl, iterùm,

Ac tertiò, opportunus, importunus! Heu!

Divinat animus, augurat quotiès mala. 2*

1* Interjicitur Scena Media, quæ Nemus claudit.

2* Evolāte Scenâ Mediâ, cōverſæ ſimul theatri ſcenæ, ipsūque mutatū poſtſceniū, & laqueare utrìuſque Palatiū repræſentant.

SCENA VII.

Ludovicus, Angelus, Stanislaus.

Ludovicus *hæc ſecū, ſedens cogitabūdus, & ſolus.*

Quoûſquè tandèm Koſtka differet meus

Non

Non impetratâ precibus, & lachrymis diem?
Non ſic Eoo littore moratus diu
Navita, gementi puppe cùm ſecat mare
Longinquũ, & impellẽtibus aberrat Notis,
Oſtia repetere geſtit aprici Tagi;
Nec ita ſagaci cervus agitatus cane,
Sitique feſſus gelidam in amotam volat,
Ut ego penatibus opto Jeſuadũm Patrũm
Succedere hoſpes. Tu mihi hoc certè dare
Potis es, dabiſq; Koſtka: ſic Superũm chori,
Sic Angelorum te agmina celebrent, brevi
Sic tibi Sacrorum Pontifex ponat Pater
Romanus aras, o' repulſas reſpice,
Reſpiceq; verbera, carcerẽ, lachrymas, minas.
Non jacto merita, nulla qui eſſe mea ſcio;
Sed, quæ manebãt, cũcta jam patiens tuli;
Ultrà quid expectare cupientem jubes?
Præſto quidẽ ſum quidlibet agere, vel pati;
Ne differas modò tempus in ſerum, rogo.

Angelus *è nube canens.*

Fruſtrà quid urges ſollicitum caput?
Nodum reſolves, Numine vindice:
Tui tot ipſe mitte curas;
Invigilat tibi Koſtka, domni.

Dum vario, & leni cãtu replicat verbum domni,
Ludovicus caput componit in ſomnum.

Stanis-

Stanislaus *è nube.*

Sum Koſtka, Lodoix, miſſus interpres Dei.
Ratum eſt, quod optas, voceq́ aſſiduâ petis:
Brevis, breviſſima, nulla ſupereſt jã mora.
Non priùs in æquor ſol fatigatus cadet,
Quàm religione tactus annuat tuis
Votis Parens. Adverte mẽtem; quæ alloqui
Refert, docebo: deme nihil, addeque nihil.
Manifeſta cœli gratia vocat me, Pater,
Totusque pectori incubat pulſans Deus;
Si me tenere pergis obluctans polo,
Te perdis ipſum, & jam ſtatas pœnas dabis.
Satis hæc. In aſtris te moror deniq́. Vale.

Ludovicus *ſurgens.*

Adeò operoſa nulla fuit unquàm quies:
Exoſa ſolùm ſtare mora per me poteſt. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ Palatiũ claudit.

SCENA VIII.

Marchio, Ticianus, Præfectus,
poſt breve tempus Ludovicus.

Marchio.

Nati per omnes vita virtutum gradus
Traducta juſtas temperat furias Patris.

Tici-

Ticianus.

Sed vitia virtus nulla protegit.

Marchio.

Tace.

Quid patiar, audi, & cōdole in meis malis.
Luctor in amorē, cùmq́ jam victum reor,
Iterùm rebellat; rurſùs occupat furor
Pietate vacuum; ſed brevì cadit loco
Amore victus: quòque luctamur magis,
Hòc magè domamur.

Ticianus.

Quæſo, copiam dabis
Hîc mihi loquendi. Verte furias has tuas
In perduellem ſervum; amorem in Filium:
Perdes Apollonium; at tuus Lodoix erit.

Præfectus.

En hùc propinquat.

Marchio *ſecum.*

Aſperet vultum rigor.

Ludovicus.

Audi, bone Parens.

Marchio.

Loquere, Fili peſſime.

Ludovicus.

Manifeſta cæli gratia vocat me, Pater,
Totusque pectori incubat pulſans Deus;

Digitized by Google

Si me tenere pergis obluctans polo,
Te perdis ipſum, & jam ſtatas pœnas dabis.

Marchio.

Hæc undè verborum tonitrua? quæ manus
Fulmina coruſcat? Loqueris, an tonas, Puer?

Ludovicus.

Si fulmina audis, tonitruaq; loquitur Deus:
Eſt inimitabile fulmen opus.

Marchio.

Ergò voca —

Ludovicus *poſt moram.*

Ecquem? Rudolphũ?

Marchio.

Neminẽ. Miſerũ patrem!
Vel me, vel iſtum perdere opus eſt Filium:
Optio duo datur inter hæc tantùm mala;
Utrum eligam, non eligo minus altero.
Mi Nate, columen, ſpesq; patris, unica mei
Menſura voti, & Italiæ noſtræ decus,
Quem fugis, ut agnus cũ propè adſpexit lupũ?
Times flagello cinctum? inermem jam vides:
Non ſum tyrannus; imò deſcendo ad preces:
Gonzaga, per te genitor, & temet rogo,
Dignos ne honores ſanguine, & meritis fuge.

Ludovicus.

Manifeſta cæli gratia vocat me, Pater,

Totus-

Totusque pectori incubat pulſans Deus;
Si me tenere pergis obluctans polo,
Te perdis ipſum, & jam ſtatas pœnas dabis.

Marchio.

En rurſùs aures attonat turbo meas.
Heu! cogor. – Ergò –

Ludovicus *poſt moram.*

Cur, Pater, dubitas?

Marchio.

Labris
In ultimis verba hæſitant.

Ludovicus.

Litera ſatis.

Marchio.

I deniquè, urget quandò teq́, & me Deus.

Ludovicus *in amplexu Patris.*

Quales favori gratias tanto pares
Tibi rependã, Genitor? Hîc cumulas meã
Felicitatem; hîc meta votis ſtat meis.

Marchio.

Perficiat Author opus, quod incipit, ſuum.

Ludovicus.

Faveat Rudolpho, longaq́ imperia annuat.

Præfectus.

Redonet aras ipſe pro ſolio tibi.

Ticia-

Ticianus.

Hanc luctuoſam finiat vitam brevì.

Ludovicus.

Feſtã impleas; bone Pater, hanc, oro, diem.

Marchio.

Nil differo: ſtatim Purpuram Fratri dabo.

Ludovicus.

Et hoc precor; ſed aliud hoc præter rogo.

Marchio.

Dic.

Ludovicus.

Innocentem ſolvi Apollonium jube:
E' re meâ ille, reque fecit è tuâ.

Marchio.

Fiat.

Ticianus; *cæteri abeunt.*

Perivimus ergò: Ticianus fui,
Moderator olim Principis plenus ſpei;
Nũc ſcõma, nunc ludibrium aulæ, nũc nihil:
Tam citò volúcris tollit, & premit rota!
Heu! carcere erũpentem Apollonium pavẽs
Video; eccè me iræ quæritat prædam ſuæ.
Qualis doloſâ cinctus indagine leo,
Si fortè raras impetu rupit plagas,
Non fugit inultus, aſt in artificem doli
Furiat ſuperbum pectus incenſus dolor.

Heu! Abditæ, domûs anguli, hoc miſerũ caput.
Sed eccè magna Principes ducit cohors.

SCENA IX.

Marchio, & Ludovicus *purpurâ induti,*
Rudolphus, Præfectus, Apollonius, Ticianus,
Comitatus *ingens, & ſpectabilis.*
Apollonius *prior exiens*
hæc Ticiano tanquam in aurem,

Ticiane, *crates æneas corroſimus.*

Ticianus.

Ita bonus es mus. [1*]

Marchio *Ludovico.*

Huc ſequere, Fili, Patrem,

Præfectus.

Quidquid geratur, propitium cœlum probet.

Apollonius.

Digniſſima fluat, gemma quam notet, dies.

Marchio *è ſolio cum Ludovico.*

Moderator orbis, Principum Princeps Deus,
Qui ſceptra das, & eripis, quibus libet,
Miſceſque variæ ſortis alternans vices;
Si rem gero tuam Filio obſequens pater,
Quem ipſe manifeſtis Purpuram ſignis jubes
Exuere, Numine, quæſo, facili hùc reſpice,

[1*] Evolat Scena Media. Eſt in poſtico nio ſpectabile ſoliũ.

Suffice-

Sufficeq́ dignas regni habenarum manus.
Res magna geritur, Nate; propior hàc vide:
Minora viſa longiùs credi ſolent.

Ludovicus.

Perſpecta ſatis eſt, quantaq́ geritur, ſcio.

Marchio.

Age: vi coactus, fraudevè illuſus malâ
Hæreditariis renuntias bonis?

Ludovicus.

Sine fraude, vique renuntio.

Marchio.

Cedis quòque
In jure?

Ludovicus.

Retinere nihil omninò placet.

Marchio.

Vis tibi Rudolphum ſuffici?

Ludovicus.

Si vis, volo.

Marchio.

Id precibus ambis?

Ludovicus.

Ambio, peto, rogo.

Marchio.

Vos hùc, Beati Cœlites, teſtes voco,
Quicunque curam geritis iſtius Domûs;

Appello cineres patrios; vos denique
Teſtor, quot hîc adeſtis, Aulici Viri:
Non fraudo iniquus Filium bonis pater;
Sed ipſe me urget precibus, imperiis Deus;
Quod agitur, invitus ago. Quãdò ſic lubet,
Gonzaga, (durum eſt dicere, ferẽdum tamèn)
Deſcende ſolio; & occupet Frater locum.

Ludovicus *ſtans pedibus.*

Demulſit aures dulcior nunquàm ſonus,
Affulſit oculis clarior nunquàm dies;
Evecta currit gemmeis dies rotis,
Signanda currit gemmeis dies notis.
Vale, theatrum gloriæ; ſolium aliis,
Mihi theatrum fabulis tragicis frequens,
Vale: ultimi actûs ultimam ſcenam dedi.

Deſcendit, & in theatro exuit purpuram, quam Rudolpho tradit.

Purpura, grave mihi pondus, erit alius ſatis
Ferendo; nudus erubeſcam te minùs.
En ſervitutis ſplendidam, Frater, notam.

Rudolphus *purpuram induens.*

Quàm liberalis eximis curis caput?

Marchio *Rudolpho.*

Aſcende, quò te Fratris humilitas levat.

Poſtquàm ſubiit, & ſedit.

Cui purpuratos ſubdis humeros ponderi,

Tua

Tua te docet fortuna, ſapere ſi velis:
Gemuit ſub illo Frater, Atlas ſit licèt,
Qui ſe ferendo exiſtimat cœlo parem;
Vocaris igitur Hercules: tanto cape
Æquos labori ſpiritus: talem geres
Te principem, hoc ut me dolore vindices.

Rudolphus.

Implebo vota, quanta concipis, Pater.

Marchio.

Te ego ſecundis Principem auſpiciis creo.

Ludovicus, *dum Principes deſcendunt.*

Vivat beatus.

Præfectus.

Vivat.

Apollonius *cum comitatu.*

Et vivat diu.

Ludovicus.

Pater, ſupremis oſculis præbe manum.

Marchio.

Diſcedis ergò, Nate mi! miſerum patrem,
Cui prole tantâ non licet niti ſenem!

Præfectus.

Diſcedis ergò, civium quorum amor
Oſtendit, & negavit hoc donum polus.

Ticianus.

Diſcedis ergò, Domine! væ miſero mihi

Vivere beatum licuit, at licuit brevì!

Marchio.

Heu! heu!

Rudolphus.

Heu! heu!

Præfectus.

Heu! heu!

Ticianus *cum Comitatu.*

Heu! heu!

Ludovicus.

Malè rara denſi verba ſingultus premunt:
Non iſte luctus addecet feſtam diem;
Gaudete: melior Purpuram Princeps habet. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ claudit ſylvam, quâ cō-verſæ theatri ſcenæ repræſentant.

SCENA X.

Marcus Eremita, Angelus, Chorus *poſt ſcenas.*

Eremita *ſolus.*

Altè ſilentis incola beatus jugi
Odi tumultus urbium, ubi viro lupus
Vir eſt; inhoſpitalibus eremi feris
Me credo tutiùs, negotiis procul,
Foriq́ ſtrepitu. Modò cacumina montium
Vicina ſuperis ſcando ſpeculator poli,
Et cùm minora ſydera extinguit face

Majore Titan, & cùm in orbem nox ruit,
Variumque pandit ſtellulis nigrum ſinum.
Modò per apricas vallium tenebras feror,
Vel cùm flagranti torret Hyperion rotâ
Aperta radiis, vel cùm Aquilo furit impotés,
Niveque flagellat frondibus gravi nemus.
O' nota paucis commoda! O' felicitas!
At nunc recuſantes ineluctabilis
Victûs neceſſitas trahit ad urbem gradus:
Qui reſtat, itineris tenuis eſt jam labor. 1*

Apparet ingens moles Palatii
fabriliter erecta.

Ecce video coronata circũ undique minis
Humilè jacentes erigi muros ſuper
Palatia. O' Sancta Juvenis pii Domus,
Cõmunis, & inexhauſta miſerorum penus!
Salve, recumbeque Principis humeris diu.
Tu ſola in urbe credier eremus potes,
Colenda, dum Gonzaga te colat, mihi.

1* Evolát Scena Media: poſt ſceniũ ſylvam repræſentát, & in pavimẽto Palatiũ habet.

Deſcendit Angelus in nube.

Quis hic repentè fulgor? æthereæ plagæ
Ecquid dehiſcunt? Nube ſpecie ſtat Puer
Inſignis, & habitu: propinquat; res quidèm
Mecũ eſt. Ephebe pulcher, o' certè Angele,
Effare tandèm,

Angelus è *nube*.

Marce, quò tendis viam
Senio trementes ſtipite obfirmans pedes?
Gonzaga, quem quæris, per obſtantes minas,
Preceſque Patris rupit, & Romam petit,
Ubi Tyro JESU nomen adſcribat Duci.

Eremita.

Qualem Cohorti militem Chriſti dabit
Pronum tibi magis conjicere: ſed qualem ego
Fautorem egenus perdo?

Angelus.

Ne doleas, cave;
Facilis paratu pauperi frugi eſt cibus:
Vacuus dolore non abibis hinc tamen.

Imminet Palatio cometa ſpecie gladii.

Viden' ſerenum monſtra quæ fœdant polum?

Eremita.

Video cometam lumine infauſto rubrum,
Qui Ferdinandi fulminat mæſtus domum.
Metuende Judex hominum, & ipſe hominũ Pater,
Reconde ſulphure gladium ardentem truci,
Reddeque diei purius mundo jubar.

Chorus *poſt ſcenas.*

Fatalis ardet æther,
Cœlo rubet cometa:
Id, quidquid eſt, minatur.

Eremi-

Digitized by Google

Eremita.

Monſtrum tremendum, quò feras vomis faces!
Heu! timeo, timeo Principis capiti: ſolet
In altiora fulmen id ferri genus.
Væ Marchioni! Totus horreſco comis.

Angelus.

Benè attigiſti: Marchionis hic petit
Gladius ſenile caput, citòque nimis metet;
Has nanque pœnas debuit cœlo dare
Devota cultro victima, ex quo malè pius
Juſta apprecantis Filii repulit preces.
Quia tamèn aliquandò annuit, poſthuma feret
Præmia, beatuſque Superûm augebit choros.
Sic non Sororum penſa, & exhauſtæ coli,
Sed ſempiternus Author, ac Rector virûm
Verſat, & ineluctabili fato jubet.

Fit terræmotus.

Audiſnè trepidi murmur horriſonum ſoli?

Eremita.

Eheu! dehiſcit terra ſub pedibus; tonant
Tartara. Tumultus cauſa quæ tantos ciet?

Chorus *poſt ſcenas.*

Concuſſa terra nutat;
Arx alta jam fatiſcit:
Id, quidquid eſt, minatur.

Continuato terræmotu fatiſcit, & ruinas facit Palatium.

Ere-

Eremita.

Miſeranda Domus! æquata decumbis ſolo,
Quæ modò ſuperba culmen æquabas polo
Infrà ſonantibus altiùs poſitum imbribus.
Dic jam; quid hæc porteta luctificum volût?

Angelus.

Patri ſuperſtes Imperii habenas reget
Rudolphus, immemorque Fratris, & ſuii
Deducet aſtris vindicem ſcelerum Deum;
Ut criminoſum terreat pœnis caput,
Superque poſito ſceptra confringat pede
Iniqua. Tunc cadùca nutabit Domus,
Quæ mox ruinis Principem opprimet ſuis.

Eremita.

Bone Deus, averte procùl hæc potiùs mala!
Heu! fulminabis tecta, quæ Lodoix tibi
Sacravit. O' malè ominata Purpura!

Angelus.

Permitte fatis ire res ductas ſuis:
Merita rependet, ſcelera qui punit, Deus.
Clariſſimæ, & benignæ lucis ſtella imminet
Palatio, quod momento temporis inſtauratur.
Fortunat ecce ſydus afflictos lares.

Chorus *poſt ſcenas.*

Euge pacato micat igne ſydus,
Arxque fatalem reparat ruinam;

Quid

Quidquid eſt, mentes hilari ſerenat
Lumine cœlum.

Eremita.

Quàm facilè máſueſcere ſolet Superū furor?
Poſuit ſerenus turbidas iras polus,
Ridetque lætus, ſydus aperiens novum;
Stat rurſus olim everſa funditùs Domus.
Dic quæſo; rebus ecquid in tantis ſpei? 1*

1* Interjectâ Scenâ Mediâ, diſparet Palatiū, & omne viſum.

Angelus.

Infauſta poſt imperia Franciſcus minor
Ætate Frater, ſydere benigno, & manu
Feliciori Gentis afflictæ diu
Laceras habenas capiet: emerget ſtatim
Domus è ruinis, & iterùm ad notos Lares
Gloria veniet, ac pulchra virtutum cohors.
Hæc ſcire ſatis eſt: patria me ſedes vocat.

Eremita, *Angelo diſparente.*

Diſpenſat æquus præmia, & pœnas Deus. 2*

2* Evolat Scena Media: converſæ theatri ſcenæ, ipſumque mutatū poſtſceniū, & Laqueare utriuſq Domū Religioſā repræſentant.

SCENA IV.

Societas, Ludovicus, Comitatus,
Novitii *è Societate JESU.*

Ludovicus.

O' Mater!

Socie-

Digitized by Google

Societas.

O mi Nate! totum te meo

Affunde pectori.

Ludovicus *in amplexu.*

Tenere hoc mihi latus

Heu! ſerò licuit.

Societas.

Commodus, Fili, tenes,

Manſura ſi das vincla. Fratres en tui.

Novitius 1. *Societati de genu.*

Da Candidato ſerviam Fratri, Parens.

Novitius 2.

Mihi.

Novitius 3.

Mihi, Mater.

Omnes *ſimul.*

Da miniſterium mihi.

Societas.

De more jungite, Filii, amplexus pios.

In genua provoluti ter ſinguli
Ludovici collo dant brachia.

Hæc dona ſponſam Caritatem pronuba,

Iſti uniones, hique torques vinciunt.

Præfectus.

Ut ſemel, & iterum, ac tertiò ſtrictè implicant,

Replicantque brachia!

Ticianus.

Digitized by Google

Ticianus.

Cernui ut ſempèr oculos
Figunt pavimento!

Ludovicus *poſt amplexus.*

Sedet tuto loco
Fortuna, quam tot vincula ligatam tenent.
At tu, caduca, fluxa, & inconſtans, vale:
Purpura, corona, vanitas rerum, vale:
Jam ſuma votorum obtigit; non ſum tuus.
Valete, Socii: Frater, & Pater, vale. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ Palatium claudit.

CHORUS IN ORCHESTRA.

Conſtans virtus nec minis, nec precibus vincitur.

Immiſcet aſtris ſydereum caput
Excelſa virtus, indèque deſpicit,
Quod turbat infernus tumultus,
Imperiis, precibusque major;
Nam pertinaces in ſolido gradus
Clavis refigit plùs adamantinis,
Ullo nec impulſu procellæ
Inſtabili ſtatione nutat.
Fruſtrà labores pellere viribus,
Fruſtrà quadrigas, ſive boum juga,

Fruſtrà

Fruſtràque terga præpotentis
Admoveas phalerata barri.
Quòd ſi ſeveræ blanditiis Deæ
Palparis, hæret; nec precibus magis,
Quàm triſtibus minis movetur,
Mollibus una, eademq́ duris. 1*

1* Evolat Scena Media; poſtſceniũ cũ theatro Palatiũ repræſentat,

Defenſa ſcuto non penetrabili,
Arcet petito ſpicula corpore:
Et mollient ferro rigentem
Verba levi rapienda vento?
Sic quiſquis inſtat propoſiti tenax,
Tranſcendit alto nubila vertice,
Nec horret impetum procellæ
Auribus inferiùs tonantis,
Illuc nec altè deveniunt preces.

2* Evolat Scena Ultima. Cõverſæ theatri ſcenæ, ipſumque mutatũ poſtſcenium, & laqueare utriuſq; Nemus repræſentant.

Ridet ſtativis viſa paludibus,
Aut lambat, aut latret moloſſus,
Luna ſupervacuos hiatus.
Hac arte victo difficili Patre
Gonzaga, victis Koſtka Parentibus,
Per mille perſtando repulſas
Immeriti, tenuere votum. 2*

CHORUS

CHORUS VERSATILIS.

Memoratis, & oculis etiam datis beneficio picturæ Ludovici, & Stanislai victoriis, plaudunt ſibi 4. Virtutes 1. *Amor Dei*, 2. *Deſpectus mundi*, 3. *Vocatus ad Religionem*, 4. *Conſtantia propoſiti.*

Duæ Virtutes,
dum procedunt in theatrum duobus Geniis comitatæ, hæc concinentes.

Tu choreâ, tu digna venis lux unica cantu,
 Feliciſſima, calculo notanda:
Quâ Lodoix jam prima ſuæ dat baſia Matri,
 Quâ Koſtkam liceat vocare Fratrem.

Duæ *aliæ ſuis etiam Geniis comitatæ.*

Lux hilaris, lux feſta micas, lux nubibus expers,
 Formoſiſſima ſpargeris dierum:
Quâ trabeam, quâ ſceptra Puer, quâ deſpicit aurũ,
 Quâ Gonzaga Patrem triumphat hoſtem. 1*

1* Interjicitur Scena Ultima, quæ Nemus claudit.

Singulæ

Singulæ *in theatro.*

Virtus *prima.*

Caſtus Amor.

Virtus *ſecunda.*

Mundi Deſpectus.

Virtus *tertia.*

Viſque Vocandi.

Virtus *quarta.*

Propoſiti Conſtantia.

Omnes *ſimùl.*

Quid non vincere poſſim?

Omnes, *dum ſaliunt.*

Nil virtutibus arduum recedit:
Gratia vincit,
Natura quod recuſat.
Victor, io, euge!
Pugnas auſpiciis tuis inivit,
Koſtka, Sodalis;
Noſtris uterque vicit.
Victor, io, euge!
Dicite ter io, ter io, Pæan!

Virtus 1. ſola *Amor Dei.*

Me ducem Fratres gemini ſecuti,
Vinculis Numen tenuere victum;
Ne putes Martem, neque fabuloſum
Finge Tonantem. 1*

1* Evolat Scena Ultima.

Datur

Datur oculis pictura Ludovici, & Stanislai.

Amore victus arctis
JESUS tenetur ulnis;
Hoc Koſtka victor, iſtud
Gonzaga fert trophæum. 1* — 1* Interjicitur Scena Ultima.

Virtus 2. ſola *Deſpectus mundi.*

Me ducem Fratres gemini ſecuti,
Splendidè mundum fera molientem
Bella, calcatum potuere nudis 2* — 2* Evolat Scena Ultima.
Spernere plantis.

Datur pictura alia Ludovici, & Stanislai.

Fortuna, quid tiaras,
Quid ſceptra, quid coronas,
Quæ, queisque victa donas?
Corona ſat triumpho. 3* — 3* Interjicitur Scena Ultima.

Omnes, *dum tripudium inſtaurant.*

Nil virtutibus arduum recedit:
Gratia vincit,
Natura quod recuſat.
Victor, io, enge!
Pugnas auſpiciis tuis inivit,
Koſtka, Sodalis;
Noſtris uterque vicit.

Victor, io, euge!
Dicite ter io, ter io, Pæan!

Virtus 3 ſola *Vocatus ad Religionem.*
Me ducem Fratres gemini ſecuti,
In ſua Matrem peperere pugnâ;
Nunc triumphati religant volenti
Vincula collo. 1*

1* Evolat Scena Ultima.

Datur pictura alia Ludovici, & Stanislai.
Poſt bella, poſt repulſas
Te Filii triumphant;
Hic jam tenet ligatam,
Et hic parat catenas. 2*

2* Interjicitur Scena Ultima.

Virtus 4 ſola *Conſtantia propoſiti.*
Me ducem Fratres gemini ſecuti,
Regna cunctando rapuere Divûm:
Quæ rapit cœlum violenta, lenta eſt,
Credite, virtus. 3*

3* Evolat Scena Ultima.

Datur alia pictura Ludovici, & Stanislai.
Virtute pertinaci
Vinci poteſt Olympus;
Hic ſcandit, ille victor
Arces tenet Deorum. 4*

4* Interjicitur Scena Ultima.

Omnes

Digitized by Google

Omnes *denique in novos gyros.*
Nil virtutibus arduum recedit:
Gratia vincit,
Natura quod recuſat.
Victor, io, euge!
Pugnas auſpiciis tuis inivit,
Koſtka, Sodalis;
Noſtris uterque vicit.
Victor, io, euge!
Dicite ter io, ter io, Pæan!

Digitized by Google

PERIOCHA
ACTUS QUARTI.

RUdolpho regni pondere oppreſſo, & Fratris otium invidenti ſuadet Apollonius impiè eloquens, ut curis vacuus totum ſe genialibus oblectamentis tradat, maximè cõmendat venatum; cui dum accinguntur, Fama cursu vaga à cantu Ludovici laudes orditur. Deindè nudâ pronuntiatione refert qualem Novitiũ egit, & quantã in ſpem Societatẽ nunc erigit. Venatui indulget Rudolphus, quẽ obvius Eremita mœſtiſſimâ narratione funeſtat; audire tamèn pergit Apollonium, qui ſeni irridet, & meras nugas, quidquid ille prædicit, vocat. Interim Ludovicus jam aliquot annos profeſſus tria vota, plenus gaudio Societatem audit multa diſſerentem: & ipſe nonnulla ad res à ſe geſtas attinentia modeſtè ex opportunitate ingerit. Ingreſſus deindè illud idem cubiculum, in quo Stanislaus diſceſſit è vitâ, ejusque facinora tabellis circùm undiq appenſis mandata miratus, maximè invidet feliciſſimæ mortis maturitatem; quam à Deo impetrâſſe Societati nuntiat.

ACTUS

ACTUS IV.

SCENA I.

Rudolphus, Apollonius.

Rudolphus.

Dura nimis eſt conditio principis ; vacat
Nunquàm dolore, negotio, curâ, metu.
Meliùs id olim noveras, prudens caput,
Germane, qui modò frueris grato otio,
Dum mea laborat vita tædio ſui.
Hoc imperare, Apóllonî, regnũ id vocant?

Apollonius.

Scilicèt ad arces gloriæ ſummas vehi
Felicitatis gemmeo curru ſuper,
Quam ſervitus jurata populorum trahit
Per civitatum ſubditas opes rotis,
Hoc imperare dictitāt, regnum id vocāt.

Rudolphus.

Ego verò honeſtam ſervitutem nuncupo,
Et (quod malorũ peſſimum fertur genus)
Voco miſeriam nemini miſerabilem.

Apollonius.

Has, quæſo, mitte nænias mœſtis ſophis,
Quorũ eſt hominibus velle cũ omnibus nihil,

1* Cõverſæ theatri Scenæ, ipſũque mutatũ poſtſceniũ, & laqueare utriuſque Palatiũ repræſentant.

Nolleq́ nihil idem; & igitùr affectus habent
Hæc ridicula capita obſoletos: appetunt,
Quod nos timemus; &,quod appetimus,timēt.

Rudolphus.

Hoc eſt ſapere, vulgare quod non eſt decus.

Apollonius.

Sed, qui latentes altiùs ſenſus videt,
Cordisque latebras retegit, aliò rem trahit:
Nēpè vocat ambitûs ſuperbè humilis genus.
Dignum Platone ſcōma mihi mentem ſubit:
Fortè Plato opimas regio luxu dapes
Inſtruxit, aſcivitque Socratem: hic ubi
Menſæ apparatus, divites eboris thoros,
Facum coronam, aulæa pendentia videt;
Subjecta plantis ſtragula adludens, ait:
Pede calco gloriam Platonis. Cui Plato,
Sed glorioſo gloriam calcas pede.
Sic eſt: amœna gloriæ adrepit juga
Humana conditio, licèt aliâ viâ
Inſiſtat alius, publicâ hic, hic tramite:
Et qui tenebris vindicat tandèm caput,
Vertice petitæ gloriæ deſes ſedet,
Montisque deſpicit labores in jugum
Reptātium: at qui culmen in tātum vehi
Deſperat, infamat, quod invidet,bonum.
Igitùr beatus fruere ſplendore hoc tuo,

Sineq́

Sineque latrare nocte ſub nigrâ canes.

Rudolphus.

Vellem.

Apollonius.

Quis ergò prohibet?

Rudolphus.

Ipſa ſors mihi
Curas ſolicitas parit, & uſquè parturit.

Apollonius.

Nutrire cunctas nec teneris, nec potes:
Necare abacto plurimas partu licet,
Quas ſi fovere pergis, ipſum te necant.
Cura nimis anxia, quaſi vipera naſcitur
In matris interitum.

Rudolphus.

Facilius eſt loqui,
Quã facere. Nitor in ingruẽtes, & procùl
Expello furcâ pertinaces; ſed brevì
Redeunt, tenentque fortiùs.

Apollonius.

Non viribus
Negotii id agitur: agitur meliùs fugâ.
Audire me vis?

Rudolphus.

Loquere.

Apollonius.

Digitized by Google

Totum te pilæ,
Stadio, palæſtræ, & maximè venatui
Emancipatum trade, nec partem tui
Relinque vacuam, cura quâ repere queat.

Rudolphus.

Cedo monitis: ſed tu vide, ne me ſuper
Cadat ſupinum Domus.

Apollonius.

Et hoc curæ genus
Muribus omitte; poſuit in ſolido Pater
Manſura fundamenta: non dubio gradu
Sequere vocãtem genium, & ætatem tuam. 1*

1* Cõverſæ theatri Scenæ, ipſumque mutatũ poſtſceniũ, & laqueare utriusque ſylvam repræſentant.

SCENA II.

Fama è curru canens.

Terras, Pennipotens, tolle per ultimas
Me non plus aliàs veridicum caput:
Vix credenda fero; vera fero tamèn.

Nudâ pronuntiatione hæc.

Audite, terrarum incolæ, quotquot viris
Urbes frequẽtes, quotquot habitatis feris
Nemus hoſpitale; audite, veteres Itali;
Auditeque procùl, nationes barbaræ.
Gonzaga nomine nobilis ſatis ſuo,

Patre

Patre Marchione, Matreque marito pari
Per imperantûm ſceptra, per trabeas Ducū,
Ipsâ obſtetrice gloriâ, luci datus,
Poſt clara facinora,reſq́ benè geſtas domi
Seſe in tenebras abdidit Clauſtri lubens.
Sed quid tot aures,tot oculos lateat meos?
Vixerat JESU miles adſcriptus Duci,
Jamq́ veteranos milites Tyro bonus
Præverterat virtute celeri, ac præcoci
Maturitate. Latere voluit ut omnibus,
Sic omnia latere voluit, & omnes ſibi:
Oculis negavit igitùr uſum, quos ſolo,
Polovè tantùm fixit, an flores duos,
An gemina ſydera? Innocens ut erat puer,
Credi quoq́ infans potuit: ita parcus fuit
Sermonis, in vota idem,& in preces loquax!
Collegit omnium amicitiam, in alios ſuam
Dum fudit omnem caritatem: nemini
Id ergò mirum, quòd fuerit hoſtis ſui,
Exhauſto amore penitùs. Ipſe ſibi reus,
Judexque, teſtisque fuit, & lictor ſibi;
In hoc tyrãnus, innocẽtem quòd flagris
Afflixit, ad necemque tenuavit fame:
Inîit ab ovo ſempèr, ovo finîit
Convivia; nec aliud, niſi Cererẽ Sacram
Parcè guloſus, & avidè parcus vorat.

Si

Si ſingula memorare pergam, me priùs
Fugiet dies. Hæc prima militiæ ſuæ
Poſuit rudimenta: facilè poteſt conjici,
Qualem potitur militem Chriſti Cohors,
1* Quotq́ decorandum laureæ manent caput. 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ ſylvam claudit.

Canens iterùm, dum currus evolat.
Terras, Pennipotens, tolle per ultimas
Me non plus aliàs veridicum caput:
Vix credenda fero; vera fero tamèn.

SCENA III.

Chorus Venatorum; *deindè alii* tres Venatores; *poſteà* Ticianus, Rudolphus, Apollonius *in equis.*

Chorus Venatorum *concinens.*
Ades huc, ſylvæ cuſtos Numen;
(Nemus eſt certè Divis curæ)
Da poſſe vagum figere cervum;
2* Cadet hæc tibi, ſi fera prima cadat. 2*
Unus è choro; *cæteri abeunt.*
Heus, heus rupit vincla moloſſus,
Cornibus altam ſequitur prædam:
Tendite caſſes, mittite jacula,
Referant valles querulæ *bombum.*

2* Evolat Scena Media. poſtſceniū cū theatrō ſylvam repræſentant.

Apparet

Apparet cervus, in quem mittuntur jacula: multæ aliæ feræ agitantur à canibus. Dum reboant exploſa tormenta, Chorus Venatorum poſt ſcenas multipliciter verſat Bombum - bum - bum, &c.

Venator *primus hîc prodit.*

Properate, ſocii: cervus hàc pernix micat.

Venator *ſecundus.*

Huc ego lupũ dare terga vidi: fer plagas:
Hîc tende.

Venator *tertius.*

Sylva fervet agitatis feris.
O' ſi daretur fulvus in caſſes leo!

Venator *primus.*

Latium leones, Libya cùm cervos, dabit.

Alius è choro; *Venatores abeunt.*

Heus, heus curſum verte, moloſſe;
Fulminat unco bellua dente:
Tendite caſſes, mittite jacula;
Referant valles querulæ *bombum.*

Apparet aper; fit, ut ſuprà.

Venator *primus in theatro.*

Fulmineus altas ſternit hàc ſylvas aper.

Venator *ſecundus.*

Moloſſi.

Venator *primus.*

Huc ſibilo hortatos voca.

Vena-

Venator *tertius.*

Viden'remotâ in valle cervorũ agmina?
O' plena gaudiis dies pleniſſimè!
At Marchio diverſus equitat.

Venator *primus.*

En propè.

Ticianus *prodiens ex equo venatori primo.*

Scis, quà fugaces Dominus inſequitur feras?

Venator *primus.*

Emergit huc è nemore; diſtabit parùm,
Nam dantem habenas vidimus fuſas equo.

Ticianus.

Morabor igitùr: intereſt eum alloqui.

Venator *tertius.*

Brevi tamen age; ne interim dèſum canes
Sentiſcat agmen illud, & montem petat
Equis inacceſſum.

Ticianus.

Satis nemori datum eſt,
Ut ſuſpicor. Væ Marchioni! Væ ſuis!

Venator *ſecundus.*

Ecce Dominus.

Rudolphus *cum Apollonio in equis.*

Ticiane, ſuſpendis gradus,
Dum cũcta præcipitamus omnes? O'bone
Venator!

Tici-

Digitized by Google

Ticianus.

Hîc te nuntius triſtis moror.

Heu dira fata!

Rudolphus.

Quid ominaris mihi mali?

Etiam ſequaces ad nemora curæ volant!

Apollonius *Rudolpho.*

Mirare, quòd per nemora bubones canant?
An neſciebas, qualis eſſet hic avis?
Sine, garriat, deſpiceque non ſanos metus.

Ticianus.

Bona verba, Apolloni: melior avis canit,
Cui fœta veris pectora oraclîs tument.
Tardam ſequebar vulnere accepto feram,
Quà procùl amœna vallis accumbit jugo;
Cùm de cavatâ rupe prorupit foras
Marcus, benè tibi notus, & Fratri magis...

Rudolphus.

Novimus Eremitam probû, & ſactum virum.

Ticianus.

Hic ordiens pauca, lachrymis udus genas,
Duci per altum nemus ad aſſatus tuos
Petiit. Sed eccè laſſus, & anhelans adeſt.

SCE-

SCENA IV.

Eremita, Rudolphus, Ticianus, Apollonius.

Eremita *adhuc poſt ſcenas hæc clamãs.*
Miſerãde Juvenis, pone jacula, plagas, equos:
Haud hæc iniqua fata ſpectacula decent.
Rudolphus: *interim, dum propinquat Eremita, deſcendũt ex equis, quos tres Venatores deducunt.*
Actum eſt; perivi: totus artubus tremo,
Piliſque cunctis horreo.
Apollonius.
Ubi mentis vigor
Ille tuus olim? Sic cadis ad umbrã metûs?
Ticianus *Apollonio.*
Stultè ſapis: *cadit imperii in umbram nitor.*
Rudolphus.
Senex verende, Maximi oraclûm Dei,
Cujus ſacratis ora reſponſis ſonant,
Prode, quod in alto pectore horrendũ tegis.
Eremita.
O' care Princeps, & capitis hæres mihi
Cariſſimi, tacere mallem; ſed loqui
Me decet, & ille, cæca qui apperuit, jubet.
Quandò malè memor Fratris, & Patris tui
Exempla tẽnis, quibus adhuc calent lares,

Ec

Et te pudendò volvis, ut ſus, in luto,
Genioque ſervis principis curis procul,
Quod eſt tyrãni tegnũ agere more, & modo;
Et quandò peccas alia, quæ tibi conſcio
Referre prætermitto, (dictu res gravis!)
Breve eſt, quod imperas: ruinæ citò Domûs
Ferient merentem; cladis infandæ reus,
Buſtum tuorum, generis infamia tui
Diceris. Erit, ut in theatrum prodeas,
Tragicomicamq́ Fabulam Princeps miſer
Ex parte funeſtes; ſibi plauſus feret
Germanus omnes. Sortis o' variæ vices!

Rudolphus.

Quid ad hæc, Apolloni?

Apollonius.

E tripode loquitur ſenex:
Aſpice; recũbit pedibus hoc mõſtrum tribus.

Ticianus *Apollonio*.

Non hoc faceti poſtulat tempus ſales.

Eremita *Apollonio*.

Tremula ſenectus, ne ruat, fulcris eget:
At intùs animum æthereus erigit vigor;
Nec, ut labat corpus, ita delirans cadit
Mens quoq́: malè igitùr exprobras baculũ ſeni.

Apollonius *Rudolpho*.

Domine, quìd hæres attonitus? Hominũ id genus
Notum

Notũ habeo jãpridèm: hiſtriones ſũt boni,
Qui vivere, & veſci artibus ſolent ſuis.
Hos verſipelles ſimios larva induit
Virtutis aſcititiæ: ſinu tenus
Prolixa barba ſordidas gravat genas;
Elumbe dorſum pectori jungit caput
Declive; picto marcet in vultu color
Vapore culmi; reliquiæ veſtis tegunt
Mobile cadaver; vixque laceratos tenet
Nodoſa pannos reſtis. Ergò venditant
Sic ſe per urbes: principum fictis mala
Lacrymis querũtur: capita cœlo proxima
Credi putant, ſi ſempèr in terras tonent.

Ticianus.

Cõpeſce, Domine, tam impiam licentiam,
Ne pergat irritare vindicem Deum.

Apollonius.

Ticiane, tecum nihil habemus modò: tace.

Eremita *Rudolpho.*

Minus exprobrãdo mihi, quã adulãdo tibi
Hic peccat.

Apollonius *Eremitæ.*

Age (ego nunc amicè te rogo)
Nonnè foret ars tibi plenior multò lucri,
Si læta cuncta fingeres? Dic, non foret?

Eremi-

Eremita.

Lactare verbis Principem mos eſt tuus:
Ego liber auguro, quod indolui videns.

Apollonius.

Silere tutius tibi eſt.

Eremita.

Nihil timet,
Quemcūque obarmat miſſa libertas polo.
Utinam ferires! vulnera hoc dicent idem:
Rudolphe, vidimus ultimum fatum imperî.

Apollonius, *permittente Rudolpho, impellit Eremitam.*

Pace tuâ. In antrum, impoſtor, hinc abi tuum,
Haſque ibi renarra ſcorpiis nugas graves.

Eremita.

Quis imperat?

Apollonius.

Ita vult Dominus, & ſic jubet,

Eremita.

Heu ſceptra loquitur ſervus, & Dominus tacet!
Nihil ago: jam non eſt ſuus.

Apollonius.

Nondùm hinc abis?

Eremita *recedens longiùs.*

Per ſe ruentem impelle, ſi lubet, manu,
Dum demoraris Orcum; & eſt brevis mora.

Rudolphus.
Heu! heu! heu! heu!
Apollonius.
Mitte, rogo, luctus non decentes Principem.
Rudolphus.
Heu dira fata! funus heu lapſæ Domûs!
1* Heu mœſtus urbis luctus! heu ſcelus meum! 1*

1* Interjicitur Scena Media, quæ ſylvam, claudit.

SCENA V.

Angelus, Eremita.

Angelus *machinamento non intellecto ſpectantibus altè ſupervolitans, hæc canendo.*
Quantus Parentis ſtat gremio Puer
Gonzaga, nobis quàm ſimilis Puer!
O' Pupe felix, pulcher, inter
Aligeras numerande Turmas!
Cœlo potitur par Superis Puer,
Matris revulſus de gremio Puer.
O' Koſtka felix, pulcher, inter
Aligeras numerate Turmas!

Eremita, *Angelo evolante, ſolus.*
Illuſa mens mortalium ſummam putat
Regnare laudem: regna deſpicere putat,

Qui-

Quicũque ſapit. Eccè Lodoix Romæ latens,
Regno abdicato, laudibus Famam ſuis
Onerat, ut hæc vel etiam in avia deferat,
Silenſque ſempèr mulceat cantu nemus.
Eccè volat Aliger Miniſter Cœlitum,
Sanctumq̃ prædicat æmulum Geniis caput,
Parque Superis. At ſordidâ ſub purpurâ
Specioſa fruſtrà crimina Rudolphus tegit;
Satis odiis, infamiæque ſatis patent.
Hic turpe, vecors ille monſtrum principis,
Omnes tyrãnum, & Patriæ excidium vocant.
Ni turba deſipit hominum, quotus ſapit? 1*

1* Evolat Scena Media: converſæ theatri ſcenæ, ipſumque mutatũ poſtſceniũ, & Laqueare utriuſq̃ Religioſã Domũ repræſentant.

SCENA VI.

Ludovicus, Societas JESU.

Ludovicus.

Deſideratis jam fruor diu bonis,
Explereq̃ juvat uſquè inexpletam ſitim,
Quá mihi ſuo ipſo flumine voluptas alit.
O' dulce Divûm nectar! o' quales bibit
Animus liquores! gaudiis quantis nato!
Faſtigiatis Principum pulſa laribus
Has ſe recepit in Caſas Felicitas.
Certè hanc Beatitudines, hanc Gratiæ,

Hanc Fas, Honeſtas, Paxque perpetuò ſedens,
Hanc pulchra Virtutũ incolit Domum cohors,
Diveſque Egeſtas Virginum præeſt choro.

Societas.

Lodoix, beatæ debitum luci caput,
Sunt iſta vera cuncta, quæ narras; tamèn
Vera eſſe pauci, quos amant ſuperi, ſciunt:
Pleroſque vana decipit imago boni,
Ut amãda fugiant,&,quæ erant fugiẽda,ament.
Alios habendi cæcat impatiens fames,
Invidiaque, ambitionis aſſidua comes;
Quæ duo malorum capita ſoliciti ſcatent
Flumine doloris: hoc it in populos ferè
E' fonte derivata bellorum lues;
Vaſtantur urbes civibus, rura pecude;
Pulvere ſub alto principum jacent domus
Syderibus olim proximæ, & ſuis premunt
Dominos ruinis: quà magè redundat cruor,
Hac magis habendi gliſcit infamis ſitis.
Nec minus inermis ſævit armato furor:
Litibus avari perſonat ſempèr forum,
Privata ſempèr jurgiis ſtrepit domus:
Natus parenti, fratribus frater, nepos
Avo, propinquo mala propinquus extruit.

Ludovicus.

Domeſtica mala quereris experto recèns.

Invitus

Invitus equidem (niſi quòd ita viſum tibi eſt)
Miſeram Rudolphi Fratris inviſi Domum,
Funditùs ab alto culmine æquandam ſolo.
Eheu! caducam, jamque nutantem ſuus
Impellit ultrò Dominus, ipſique Domino
Sanguine propinqui. Cauſa fatalis mali
Ambitio fertur. Neſcio quid hæres ſibi
Rudolphus exigit, hoc idem exigit ſibi
Dux Mantuæ, qui proximo noſtrâm gradu
Gentem urget: igitùr impiâ exurdât forum
Lite; æquo, iniquo jure certant invicèm;
Texunt, retexunt, adſtruunt, probãt, negant.
Jam res ad arma venerat; cùm me duos
Stiti inter, & pacem ſequeſtram vix prece,
Lachrymiſque fuſis impetravi; nam vetus
Hæret ſubeſis cordibus fixus dolor,
Quem frons inani gaudio brevi premit.

Societas.

Alios libido cæca præcipites trahit
In gaudia nefãda magè, quã blanda; & magè
Pudenda, quàm petenda: turpe nihil putant,
Nihil indecẽs, quos, quidquid oblectat, decet.
Nulla vacat ætas, nullus opprobrio locus,
Nomineque tuta dignitas nullo eſt ſatis:
Ignobiles, & nobiles, pueri, & ſenes,
Sacri, & profani, uterque ſexus deſipit.

Ludovicus.

Et hæc Rudolphum fœda turpavit lues.
Nobilibus ille matribus multo gener
Petitus ambitu, negatis maluit
Ardere tædis imparis amator thori
Furtivus, impudicus, infamis, procax,
Connubii quàm ferre legitimi facem.
Multùm, diuque mihi laboratum fuit,
Ut ſi mederi publico poſſem malo:
Donec pudicis annuit votis Deus.
Junxitque flammas vinculo ſtabili vagas.

Societas.

Quid plura memorare tibi, Nate, perſequar?
Urgetur ipſa ſceleribus tellus ſuis,
Luxu, gulâ, ſuperbiâ, uſurâ, dolo,
Quæ mõſtra ſempèr læta parturiunt, tamen
Pariunt dolores ſempèr; aſſiduos metus,
Curas ſolicitas, turpem egeſtatem, graves
Morbos, edacem angorem, odiaq́ gentium.
Syncera gaudia quota pars terræ creat?
Hæc ſola, quæ remota terra creditur
A' terrâ; ubi cubile poſuit virtus ſuum,
Infamis undè criminum fugit cohors.
Hîc, Nate, melius vivitur, dum non datur
Adire Patriam, purum ubi æterno fluens
Divinitatis ubere emanat bonum.

Ludovi-

Ludovicus.

O' ter beatam animi beatitudinem,
Quæ ſola ſatias corda, ſolaque gaudio
Hilaras perenni, ſola mortales beas!
Si mihi liceret præpeti pennâ citò
Ferri, ſoluto corpore, in celſas domos,
Et regna ſtellata ſuperûm, undè extra meum
Poſitus periclûm, quidquid infrà fluctuat,
Turbatur, errat, cernerem, felix forem.

Societas.

Meruit, quod optas, Koſtka meus, & amor tuus,
Quem Matris ulnis invida eripuit dies
Ætate puerum, moribus tantùm ſenem.

Ludovicus.

Quicumque moritur brachiis, Mater, tuis,
Vixit ſibi ſatis.

Societas.

Vixit & ſatis mihi,
Cui tot trophæa Tyro ſacravit bonus,
Tot ſpolia non modò hoſtium, ſed & ſui,
Quot intùs appenſa domus aſſervat tholis,
Tibi reviſa millies.

Ludovicus.

Nunquàm ſatis.

Societas.

Aliquandò fidam interpretem rerum audies.

Ludovicus.

Cur non ſtatim?

Societas.

1* Interjicitur Scena Media, quæ ædificiũ claudit.

Perge intùs; obſequar brevì. 1*

SCENA VII.

Societas *ſecum ſola.*

Mea me juventus æmula ſenectæ beat,
Neutraque Parentis adlaborat ſegniùs
Ætas honori. Gloriæ quantæ mihi
Koſtka fuit annis, non tamẽ animis puer?
Gonzaga quantæ? Fratris hic veſtigiis
Inſiſtit, obſervandaque alia aliis facit,
Dum pergit ultrà, quo benè pede cœperat:
Sic alter alteri; uterque prodeſt omnibus,
Procede, Fili, macte virtute hac tuâ,
Procede; & equidem nil mihi de te minus
Sperare licet: oranda tantùm Numina,
Ut te Parenti ſoſpitem ſervent diu. 2*

2* Evolat Scena Media.

E medio raptâ Scenâ Maximâ, apparet Ludovicus in interiori cubiculo, quod ſuâ morte Stanislaus religioſum fecit, & quod ejus facinora in tabellis è pariete pendentibus adumbrata exornant.

SCENA

SCENA VIII.

Ludovicus, Societas.

Ludovicus.

Gratare mihi,bona Mater,ob lætam diem,
Et fata plena gaudiis pleniſſimis.
Næ ego dextero ſum natus, & vivo Jove;
Næ ego ſum Beatitatibus beatior.

Societas.

Mi Nate, quis te tam impotẽs cepit furor?
Itanè tibi eripit incubans mentem Deus?

Ludovicus.

Ipſum eſt idem: *eripit incubans mentem Deus*:
Majora votis fata me urgent, &, ſtatim
Factura voti compotem, mors advolat.

Societas.

Furtim pede ſolet ingredi arcano dies
Suprema: quotus heu! quiſq; præſcivit mori?
Cave ergò, ne tibi ſyderum nimius tuus
Imponat amor.

Ludovicus.

Occubuit, o' Mater, ſciens

Koſtka meus: impetravit hanc mihi gratiam,
Quã maxima eſt, & rara: non fallor quidem;
Aliger ab aſtris miſſus id docuit Puer,
Dum nupèr emoriente conſpicuam propè
Koſtkâ tabellam veneror invidè pius.

Societas.

Heu! moreris; haud ſuper ullus eſt dubio locus:
Mors nempè Fratres junget haud diſpar pares.
Sua mihi munera invidet ſempèr polus;
Dat, quæ citò repetit, dolore gaudia
Vendit futuro; ut orba ſim, fio parens.
Miſeram Parentem genere miſeriæ novo!
Fortuna nam me Filii miſeram facit.

Ludovicus.

Cõpeſce lachrymas, obſecro, ſupremaq́ mihi
Da brachia: ſatis viximus, Mater, diu,
Quicũque cadimus mortui in ſinum tuum.

Hoc ultimum carmen languenti voce in amplexu Societatis.

Vale; hæc ſuprema deficit vox mihi, vale. 1*

Tractâ in medium Scenâ Maximâ, diſparent.

1* Interjicitur Scena Mediã, quæ, Cõverſis ſimul theatri ſcenis, & laquearibus, ſylvam claudit.

CHO-

CHORUS IN ORCHESTRA.

Luget nimis brevem bonorum vitam.

Indigna terra dignos
Brevì potitur aſtris,
Ne polluat propinquis
Vaporibus planetas.
At nos ſcelus perenne,
Nos vile pondus annos,
Et ſæcla longa culpis
Vivacibus gravamus.
Bonos iniqua truncat,
Maliſque Parca parcit:
Odere fœda fœdos,
Amant ſepulchra pulchros. 1*
Heu! heu acerba fata!
Flos ille vernus orbis,
Flos ille pulcher urbis
Languet reciſus heu! heu!
Vix pinxerat decoras
Lanugo prima malas,
Cùm dira Parca molles
Crines recidit heu! heu!
Orbata Prole Mater,

1* Evolat Scena Media, poſtſceniū cū theatro ſylvam repræſentant.

Orba-

Orbata cive Roma,
Orbatus orbis Aſtro
Mœſtùm queruntur heu! heu!
Hæc hilari concentu.
Quid multa cantus
Triſtes queruntur?
Deſiſte tandem
Lugere, cantus.
Vivit potitus
Gonzaga votis;
Vivit potitus
Gonzaga Fratre. 1*

1* Cōverſæ theatri Scenæ, ipſúque mutatū poſtſceniū, & laqueáre utriuſque Palatiū repræſentant.

CHORUS VERSATILIS OCTO TRAGICORUM.

Inter Scenas, undè prodeat in theatrum, mœſtè deplorat acerba Ludovici fata: ſed eſt, qui moneat de importunitate luctûs. Ordinatur ergò Chorea, & in Patriâ viventi, gaudētiq; cū Fratre Staniſlao plauditur.

Omnes *ſimùl.*
Heu! heu! heu! heu!

Vivere

Vivere dignus Puer æternùm,
Puer indignis rapitur fatis.
O' Matris orbæ luctus! o' Patriæ dolor!
Puer eſt letho merſus acerbo,
Vivere dignus Puer æternùm.
Heu! heu! heu! heu!

Unus è *Choro.*
Quid flere pergis,
Si cuncta rident?
Compeſce fletum,
Pubes, iniquum.
Vivit potitus
Gonzaga votis;
Vivit potitus
Gonzaga Fratre.

Hæc omnes; *& incipit Chorea.*
Jam ponimus mœſtis modum querelis;
Triviſſe ſaltibus diem juvabit,
Quâ Koſtka, quâ Gonzaga vivit aſtris:
Uterque vivat, vivat uſquè felix.
Vivat perenni gaudio,
Vivat Deo, ſibi, ſuis:
Vivat diu lætus Puer,
Felix, beatus, proſperus:

Vivat

Vivat Puer, vivat diu.

Duo *è Choro.*
Inceſtat ille triſti
Diem beatam luctu,
Qui flectibus parentat
Emortuo Puello.
Gonzaga morte vivit
Suâ renatus ipsâ,
Phœnixque, ſive felix
In gloriâ perennat.

Omnes *in alios gyros.*
Jam ponimus mœſtis modum querelis;
Triviſſe ſaltibus diem juvabit,
Quâ Koſtka, quâ Gonzaga vivit aſtris:
Uterque vivat, vivat uſquè felix:
Vivat perenni gaudio,
Vivat Deo, ſibi, ſuis:
Vivat diu lætus Puer,
Felix, beatus, proſperus:
Vivat Puer, vivat diu.

Duo *alii.*
Affulſit illa tandèm
Dies notanda gemmis,

Quas debitæ coronæ
Adaugeat Puellus.
Gonzaga morte vivit
Suâ renatus ipsâ,
Phœnixque, ſive felix
In gloriâ perennat.

Omnes *in gyros novos.*

Jam ponimus mœſtis modum querelis;
Triviſſe ſaltibus diem juvabit,
Quâ Koſtka, quâ Gonzaga vivit aſtris:
Uterque vivat, vivat uſquè felix.
Vivat perenni gaudio,
Vivat Deo, ſibi, ſuis:
Vivat diu lætus Puer,
Felix, beatus, proſperus:
Vivat Puer, vivat diu.

Omnes, *finitâ choreâ, dum abeunt.*

Sed quanvis merito gaudes redivivus honore,
Corda tui deſiderio flammata liqueſcunt. 1*

1* Cõverſæ theatri Scenæ, ipſumque mutatũ poſtſcenium, & laqueare utriuſq ſylvam repræſentant.

PERI-

PERIOCHA

ACTUS QUINTI.

LUdovicus vitâ functus evocatur ad judicium, cui obvius Stanislaus futuri ſtatim gaudii ſpem facit. Adeſt accuſator Dæmon, & conſtantiam Societatem JESU ambientis, moleſtam Patri pervicaciam, & impietatem vocat. Rejicitur tamèn à Divina Juſtitiâ, quæ Ludovicum Æternis Gaudiis dignum pronuntiat. Prætereà ponendas illi olim, cùm ſcilicèt jam decretæ Stanislao ponentur, in Militanti Eccleſiâ univerſâ aras promittit. Gratulatur S. Ignatius de Loyola Filio, Stanislaus Fratri, manifeſtâque Divinitate fruuntur.

ACTUS

ACTUS V.

SCENA I.

Angelus *è cœlo tubâ, & voce canens.*
Poſt tubæ clangorem hæc non abſimili cantu.

Audite, terrarum incolæ, quorum tubæ
Clangor tremendæ in auribus ſtrepit piis;
Audite: Nemeſis ad tribunal evoco
A' mortuis merito animum dignum polo:
Gonzaga, ſurge; te Deus Judex vocat. *

Canit iterùm tubâ.

SCENA II.

Ludovici Anima, Angelus *ejus* Cuſtos,
Stanislaus.

Ludovicus *ſecum.*

Diu gemueram, luteâ ut implumis caſâ
Hirundo ſepta, corporis qui modò gravi
Pulvere ſolutus volo per immenſa ætheris
Spatia: recedunt devii montes procùl;
Turreſque decreſcunt, & urbes; jam ſoli

* Cōverſæ theatri ſcenæ, & laquearia Cœlū ſtellatū repræſentant, quod Scena Media ſimùl interjectâ mole ſuâ, & pictura claudit.

M Tenu-

Tenuatus orbis punctum in exiguum coit.
Terra, malè congeſtus luti tumulus, vale.
Effugit oculos, tenuis ut fumi vapor.
Sed quis meo hæret proximus lateri comes!

Angelus.

Animula dulcis, dulce delicium meum,
Mi Ludoice, debitum luci caput,
Comes hæreo, qui ſempèr hæſi tibi comes,
Et cùm ſacrâſti divitum pauper domos,
Et cùm beâſti pauperum dives lares.
Nunc te per amplas aurei ſedes poli,
Et fornicata ſyderum ſtadia rego,
Donec tremendũ Nemeſis intrepidus Deæ
Adeas tribunal.

Ludovicus.

Gratias quales mihi
Referre tantis liceat officiis pares!

Angelus.

Quas mihi rependes gratias, ipſas tibi
Referam viciſſim; nam comes uterq́ alteri
Carus, fidelis, gratus, aſſiduus fuit.
At ecce Koſtka properat obviàm tuus.

Per ſcenicas nubes internoſcunt venientem.

Ludovicus.

Ut laureatas circinat jubar comas!
Ut emicantes evibrant oculi faces!

Ut

Ut vultus ardet! roſeus ut fulget ſinus!
Ut ille totus gloriâ merſus natat!

Hîc exit Stanislaus, cui Ludovicus:

Beate Koſtka, ſic beat ſuos Deus?

Stanislaus.

Hæc te merentẽ præmia, Lodoix, manét.

Ludovicus.

Da, Frater, ut deſiderato mihi diu
Immorer in amplexu.

Stanislaus *in amplexu.*

Teneo Fratrẽ lubens.

Ludovicus.

A' Fratreque teneris lubente, qui malas
Rupiſſe gaudet corporis tandèm moras,
Ut hæreat animæ anima.

Angelus, *audita tubâ.*

Sonat iterũ tuba,
Properareq; monet.

Stanislaus *Ludovico.*

Perge non timido gradu,
Quò te Dea vocat orbis inferni pavor,
Cœliq; amor; perge ſuperũ aucturus choros.

Ludovicus.

Mi Koſtka, nunc me deſeris?

Stanislaus.

Cum Patre brevì

Ignatio redibo; procede interim
Bonis futuris lætus, & plenus ſpei.

Abit Stanislaus.

Angelus.

Circunſpice, Lodoix, ut emicant fores
Hinc, indè Divûm, ut exulat noctis vices,
Nec pura turpi limina maculant pede;
Et cōjice, Domûs quātus intùs ſit decor.

Ludovicus.

O' clara cœli templa, ſtellarum domos
Fuſas in immenſum! pudet viles humi
Habitâſſe cellas, æmulas cœlo licèt
Putent ſuperbi principes; polo at minùs
1* Diſtāt remotæ, decore quàm diſtant poli. 1*

Angelus.

En pro tribunali inſidet Judex Dea.

1* Evolat Scena Media: poſtſcenium & cœlum repræſentat cū theatro, & ingentis ſpeciei ſoliū habet.

SCENA III.

Juſtitia Divina, Ludovicus, Angelus Cuſtos,
Duo Angeli *Juſtitiæ Lictores*, S. Ignatius,
Stanislaus, Dæmon.

Juſtitia Divina.

Accede, Lodoix; tempus, & locus jubet
Orare cauſam.

Ludovi-

Ludovicus.

Æquiſſima o' juſti Parens,
Cujus ſiniſtra fulmina coruſcat manus,
Deſteraque ſpargit dona; ſi te non latet
Quidquid homines peccāt, benève de te merēt,
Ecquid ego pro cauſâ alloquar meâ novum?
Scis, monſtra ſcelerum quo metu fugi puer,
Quo juvenis animo vici: at hoc non eſt meū;
Quàm maximum eſſe ſentio, totum eſt Dei.
Scis Principatûs gloriam, & patrias opes
Ultrò abdicâſſe, Pauperi ut Pauper Duci
Adſcriberer Tyro; ſed hoc puto nihil:
Omne meritum præ gloriæ pondere leve eſt.

Dæmon *hìc emergens horrendus viſu.*

Quis rumor aures cæcus arrexit meas?
Heu! præda noſtras penè jam fugit plagas.

Ludovicus.

Defende, Cuſtos; ſpurcam abige cœlo feram.

Angelus Cuſtos.

Latrare ſine; mordere non licet Canem.

Dæmon.

O' Dea, malè exerces, me inaudito, forum:
Si nullus accuſet, quis erit uſquàm reus?

Juſtitia Divina.

Audes hiare caput in iſtud innocens?

Dæmon.

Si judicata loqueris, audeo nihil;
Si cauſa pendet, audi inhumanum ſcelus,
Quod expiare pudet avernales rogos:
Scilicèt hic *Innocens* ſuum occidit Patrem.

Ludovicus.

Mentire, mendaciſſimum omnium caput,
Fraudum architecton, machinator criminũ.

Dæmon.

Ubi ſis, vide: ſententiam non eſt tuum
Hìc ferre.

Ludovicus.

Ubiq; impoſtor improbe, eſt tuũ
Mentiri. Ego Patrem filius ſempèr pius
Colui; tremendæ teſtor hoc ſolium Deæ,
Hoc parricidis grave tribunal Judicis.

Dæmon.

Perjurium addis criminũ, crimen aliud.
Nonnè capularem ſacrilegâ manu ſenem
In fata citiùs impuliſti, cùm ferox,
Immanis, obſtinatus, impius preces,
Lachrymas, minas, imperia ſpreviſti Patris,
Orbumque feciſti? Dolore ergò occubat,
Et morte properatâ omnium luctû jacet.
Ita *coluiſti filius Patrem pius.*

Ludovi-

Ludovicus.

Quàm multa volvis falſa! Non nego...

Juſtitia D. *Ludovico.*

Tace;

Defenſionis actio iſta non eget.

Hæc Dæmoni.

Aliud deìndè quidpiam objectas reo?
Nam, quod dediſti crimini, meritis damus.

Dæmon.

Contaminatas capit igitùr animas polus,
Soli mihi nimis caſtus? eſto, ſi placet.

Hæc Ludovico irriſoriè.

Gratare, patricida, crimini tuo,
Quod juſta Nemeſis præmiis dignũ putat.
I, juſta quò te Nemeſis intruſum regit;
I, ſolia Divûm ſordibus ſpurca tuis;
I, & impiatâ ſanguine Parentis manu
Capeſſe palmam. Juſta ſic Nemeſis jubet.

Juſtitia Divina.

Me tam impudetèr, meq corã, tu oblatras?

Dæmon.

Hæc ex furore facta libertas tuo eſt:
Qui nil timet pati, nihil timet loqui.

Juſtitia Divina.

Qui nil timet loqui, omnia meruit pati.
Ad Tartara, maledicte, perge hinc ad Stygem,

Æternus ubi rogus invidum Canem coquit.

Dæmon.

Superba faſces geris, & exerces forum:
Faciam tamèn ego...

Juſtitia Divina.

Quod ipſa fieri à te ſinam.

Dæmon.

Quod ipſa doleas factum, & infectum velis:
Hunc protege; ſtatim mille damnabis reos.

Juſtitia D. *Angelo Lictori.*

Detrude, Lictor.

Angelus Lictor *Dæmonem feriens gladio, quem tenet veris flammis ardentem.*

Abi hinc ad ignes, ad Erebum,
Sentina ſcelerum.

Dæmon *in diverſa currens.*

Heu!

Angelus Lictor.

Peſſime artifex mali,
Falſi repertor.

Dæmon.

Heu!

Angelus Lictor.

Abi, infelix caput.

Hîc exit S. Ignatius cum Stanislao.

Dæ-

Dæmon.

Ecce, ecce pætus, ecce calvus adeſt ſenex.
Heu! hunc magè timeo.

S. Ignatius.

Tunè conculcas pede
Audace ſydera?

Dæmon.

Parce, parce ſupplici.

Stanislaus.

Infame buſtum, turpis animarum lues,
Famelice lupe, quid ululas? quid hîc hias?

Dæmon.

Ignoſce, quæſo, terribilis Erebo Puer.

S. Ignatius.

O' perfide accuſator hominum, Filio
An meo inhias?

Dæmon.

Heu! parce; nihil egi, nihil.

S. Ignatius, *rapto gladio ab Angelo.*

Parcam, nocere cùm malus parcas bonis.

Dæmon, *&* *immergitur.*

Dehiſce, terra, dehiſce; meque ſub tuo
Reconde gremio, quò ſenex hic horreat
Adire.

S. Ignatius.

Flammis merge ſceleroſum caput,

Quod

Quod ſæpè trivi; nec tamèn tritum eſt ſatis,

SCENA IV.

Juſtitia Divina, Ludovicus, S. Ignatius
Stanislaus, Angeli.

Juſtitia Divina.

Audite, cœli, voſque ſtellarum pyræ,
Quæcũque tremulas ſpargitis circùm faces,
Audite, Superi, & vos, Miniſtrorum chori,
Quotquot rotatis ſyderũ æternos globos;
Audite, tanto Patre digni Filii,
Audique, digne Filiis tantis Pater.
Gonzaga parricidii non eſt reus;
Sed Chriſtianus, filius & idem probus,
Fratris ſecutus prævii Koſtkæ gradus,
Deum ſecùndùm coluit in primis Patrem.
Fruere ergò, Felix, debito piis Bono,
Dum Frater ipſe fruetur, & ſtabit Deus.
Deindè, quia notus, nobilisvè (quod eſt idẽ)
Ignotum ut inter vulgus abderes caput;
Renuntiâſti Purpuræ, & Solio Patris,
Inter Beatum Vulgus Animarum caput
Hoc eriges idem altius: tibi ſcilicèt
(Ut & tibi, Koſtka, meritis etiam pari)

Koma-

Romanus olim Pontifex ritu ſacro
Dicabit aras, quas precibus orbis piè
Onerabit omnis, quãtus hoc cœli ambitu
Omnia tegente clauditur; nec erit ſatis
Latiumque, Fratreſque coluiſſe te tuos.
Studioſa deniquè Coryphæum te colet
Juventa, quandò lauream docti magis,
Quàm bellicoſi militis laurum decus
Juvenis amâſti, Tyro Pacifici Ducis.
Sic cenſeo, jubeo, ſtatuo, pronuntio. 1*
Evaneſcit apparatus Tribunalis.

1* Interjicitur Scena Media, quæ cœlum ſtellatũ claudit.

SCENA V.

S. Ignatius, Ludovicus, Stanislaus, Chorus *poſt ſcenas.*

Ludovicus *recedens.*

Benè eſt; tenetur meta votorum ultima.

Stanislaus.

Benè eſt; tenetur gloriæ eximius apex.

S. Ignatius.

Ruite, Beati Filii, in collum Patris;
Properate, dulces Animæ, in amplexus pios;
Cumulate veſtro gaudiò plenè meum.

Ludovicus.

Tuas in ulnas ruimus, o' Pater!

Stanis-

Stanislaus.

O' Pater!

S. Ignatius *in amplexu utriuſque.*

O' gloria mea, mea corona, decus meum!
Ut corculo mihi gemino pectus calet!
Ut hoc in amplexu morari me juvat!
Vos gloria mea, mea corona, decus meum.
Per vos beatur Societas felix Parens,
Per vos adauget Filios aris ſuos,
Per vos tuetur, quam fovet pubem ſinu,
Succo-que lactat eruditi pectoris,
Per vos triumphat, & hilaris per vos ſalit,
Per vos ad arces gloriæ, & honoris jugum
Conſpicua curru gemmeo Mater ſubit;
Vos gloria mea, mea corona, decus meum.

Ludovicus, *ſoluto amplexu.*

O' magne terris, major Ignati polo,
Debētur hæc tibi cuncta, quæ narras, Pater;
Quodq́ mihi tribuis, & tibi, &, Frater, tibi
Debeo, (fatebor uſquè, nec me æternitas
Obliviosſum arguet, & ingratum:) tuis,
Mi Koſtka, beneficiis tenentem me Patrem
Vici; abdicavi Purpuram, & fluxas opes;
Merui in Societate benè, Chriſto militans;
Deniquè triumpho, gaūdeo, geſtio, fruor.

Stanis-

Stanislaus.

Animoſa virtus tua, bone Puer, gratiam,
Quàm maximã eſſe fingis, exuperat meàm:
Per tot pericla victor è terrâ venis,
Per tot labores!

Ludovicus.

Præmia ad quanta venio!

Stanislaus.

Adeò lucroſum pro Dei cauſâ pati!

Ludovicus.

Vili quidèm mercede tanta venditur
Merces.

S. Ignatius.

Sceleſtûm pœna cariùs emitur.

Chorus *poſt ſcenas.*

O' Fons inexhauſtus videndo,
Videnda ſempèr ſimplicis Trias Dei!

Ludovicus.

Hoc undè ſenſus dulce titillat melos?

S. Ignatius.

Deus in propinquo eſt; jam licet frui Deo. 1*

1* Evolat Scena Media.

SCENA VI.

Chorus octo Angelorum,
S. Ignatius, Ludovicus, Stanislaus.

Chu-

Chorus Angelorum,

Dato repentè oculis artificioſo Gloriæ ſpectamẽto.

O' Fons inexhauſtus videndo,
Videnda ſempèr ſimplicis Trias Dei,
Infunde menti non capaci
Hoc majus omni mente mentis gaudium.
O' Numen! o' mãſura ſempèr
Felicitas! o' gaudiorum
Flumen perẽne! o' ter beatam
Æternitatem! Æternitatem!

Ludovicus *in genua.*

Quò me mihi eripis tui plenum, Unitas,
Triasque Numinis! alienum quò rapis?
Ohe ſatis jam, parce jam, ſat jam, precor.
Reſtagnat impar corculum tantò bono,
Et funditùs in amoribus merſum natat;
Flagrant medullitùs oſſa; totus ardeo.
O' Numen! o' flãma! o' voluptas! o' amor!
Parce, precor; ohe parce jam, precor, Deus,
Sanctus Deus, Sanctus Deus, Sanctus Deus!

Stanislaus *in genua.*

O' perge rivum ſpargere, voluptas, tuum;
Accendit ipſum gaudii flumen ſitim.
Cremare perge, flamma, caſtis ignibus;
Flagrare corda geſtiunt adhuc magis.
O' flumen! o' flãma! o' voluptas! o' amor!

Plùs

Plùs ure, fax; plùs; fons inexhauſtus, riga,
Plùs cor medullitùs intimum penetra, Deus,
Sanctus Deus, Sanctus Deus, Sanctus Deus!

Hoc ultimum carmen Ludovicus etiam;
& S. Ignatius cum Stanislao pronuntiant.

Chorus Angelorum.

O' Fons inexhauſtus videndo,
Videnda ſempèr ſimplicis Trias Dei,
Infunde menti non capaci
Hoc majus omni mente mentis gaudium.
O' Numen! o' máſura ſempèr
Felicitas! o' gaudiorum
Flumen peréne! o' ter beatam
Æternitatem! Æternitatem! 1*

1* Cõverſæ theatri Scenæ, Palatium repræſentant, quod claudit Scena Media ſimùl Interjecta.

Dum hæc cantu, qui Angelos, & Beatitudinem decet, aures mulcent, candidiſſimæ nubes paulatìm interpoſitæ plenũ majeſtatis, & gaudii ſpectaculum eripuere oculis.

CHORUS IN ORCHESTRA.

Proſphoneticon.

Felix Lodoix! felix Koſtka!
Optata diu gaudia totum

Licet

Licet in pectus derivare;
Gaudia manant fonte perenni.
Felix Lodoix! felix Koſtka!
Perfuſa madent nectare labra,
Ambroſiæ ſucco perfuſa;
Gaudia manant fonte perenni. 1*
Felix Lodoix! felix Koſtka!
Mergitur, ultrò corpore fracto,
Plena bonis mens duraturis;
Gaudia manant fonte perenni.
Felix Lodoix! felix Koſtka!
Non ita ſolis lumina fulgent,
Lumine fulgent aſtra minori,
Vernantq́ minùs veris flores.
Felix Lodoix! Felix Koſtka!
At tu patriis redditus oris,
At tu, Lodoix, cui data cura
Non levis eſt Palladiæ Gentis,
Obſequioſam dilige Pubem. 2*

1* Evolat Scena Media: poſtſceniū cū theatro Palatiū repræſentat.

2* Cōverſæ theatri Scenæ, ipſumque mutatū poſtſcenium, & laqueare utriuſq́ Nemus repræſentant.

CHO-

CHORUS VERSATILIS ANGELORUM.

Octo Angeli variè cantus alternantes è cœlo in nubibus deſcendũt ad theatrum, ubi deſuetâ mortalibus choreâ Ludovico, & Stanislao Angelicis Sociis plaudunt.

Unus *è nube.*

O' ter, quaterque felix
Gonzaga, qui Deorum
Spatiaris in viretis,
Apisque par volantis,
Ubi grata mella ſugis
Cantare dulcè gaudes.
O' ter,quaterque felix!

Alius *è regione.*

O' ter, quaterque felix
Mi Koſtka,qui coronâ
Redimiris invidendâ,
Et penè par Tonanti,
Ubi nectar ore libas,
Curare pergis orbem.
O' ter,quaterque felix!

Iidem duo.
Euge,euge,Pæan!
Felix uterque,
Ambo beati.
Euge,euge,Pæan!
Vivant, fruantur,
Regnent,triumphēt.
Euge, euge, Pæan!

Alii duo *è nube capaciſſimâ.*

Plaudat merētibus inſolens chorus;
Uterque plauſu dignus eſt Puer,
Uterque noſtris additus Choris.
Io, euge Pæan! euge, io! ſonet.

Quatuor *ſimul in eadem nube.*

Longè ſyderibus diſſitus orbis
Plauſu Cœlicolûm ferveat omnis,
Cantus attonitâ combibat aure,
Deſuetos videat nectere gyros.
Pæan, ac iterùm dicite Pæan!
Ter Pæan,quater & dicite Pæan!

Dum è nubibus deſcendunt in theatrum, citharæ omnes pleno, & liberiori à vocibus choreumate lætiſſimè conſonãt.

Octo *jam choream agentes.*

Unus.

Præcinctus Lodoix tempora lauro
Turmas Aligerûm ducit in aſtris.

Om-

Omnes.
Eſt certè Lodoix Angelus, iſtas
Si pulchris humeris addimus alas.
Unus.
Victor, Militiæ Dux bone noſtræ.
Omnes.
Victor, victor, io, dicite victor.
Unus.
Septus puro lumine frontem
Pénigeras Koſtka regit Turmas.
Omnes.
Omnia nobis ſimilis Koſtka
Vultum, geſtum; ſed magè mores.
Unus.
Victor noſtræ Gentis Ductor!
Omnes.
Victor, io, bis dicite victor!
Unus.
Vivant beati.
Omnes.
Æterna vivant
In ſecla Fratres.
Unus.
Deo potiti.
Omnes.
Sibi paratis

Bonis fruantur;
Unus.
Centum per orbem
Colantur aris,
Omnes.
Nec vota gentis
Spernant vocantis.
Unus.
Lætentur ambo,
Omnes.
Ambo triũphent,
Unus.
Uterque carus
Omnes.
Deo Miniſter;
Unus.
Uterque carus
Omnes.
Nobis ſodalis,
Unus.
Uterque carus
Omnes.
Natus Parenti.

Hæc omnes, *dum cœlum in nubibus ſcandunt.*
Ergò petamus aſtra,

Quò

Quò nos vocăt Sodales;
Sat prata jam biberunt.
Valete, qui favetis:
Valete rurſùs omnes.
Nam nullus eſt iniquus
Spectator in Coronâ.
Vale, Corona. Plaude. 1*

1* Inter-poſito ſipario, eripitur oculis theatrũ.

LAUS DEO,

Virginique Matri.

Digitized by Google

Digitized by Google

LUDOVICUS,
ET
STANISLAUS
TRAGICOMOEDIA.

COMPENDIUM ARGUMENTI.

QUO anno M.D.LXVIII. VII. idus Martij natus fuerat Ludovicus Gõzaga Italus Societatis JESU, D. Ferdinandi Gonzaga Marchionis de Caſtilhone filius hæres, Staniſlaus Koſtka Polonus ejuſdem Societatis Tyro, clariſſimi viri Joannis Koſtka filius natu minor, mortuus eſt Romæ poſtridiè idus Auguſti. Par uterque alteri nobilitate, Laude quoque virtutis heroicæ ſimilis vixit. Admirationi præſertìm fuit tenax voti conſtantia, quâ per obſtantes difficultatum cumulos in Societatem emerſerunt. Quamobrem SS.P. BENEDICTUS XIII. Sanctorum Faſtis dignos pronuntiavit exeunte anno M. DCC. XXVI.

PERSONÆ.

Digitized by Google

PERSONÆ.

S. Ludovicus Gonzaga.
S. Stanislaus Koſtka.
S. Ignatius de Loyola.
Societas JESU.
D. Ferdinandus Gonzaga Marchio de Caſtilhone, Pater S. Ludovici.
D. Alphonſus Gonzaga Dominus de Caſtelguifredo, Marchionis Frater.
Rudolphus S. Ludovici Frater Minor.
Præfectus de Caſtilhone.
Ticianus S. Ludovici Moderator.
Apollonius Rudolphi Moderator.
Cubicularius.
Auriga.
Marcus Eremita.
Filia Major, & Minima Alphonſi.
Ruſillus Magus.
Ruſilli Miniſter.
Dæmon.
Duo Citharædi.
Quatuor Portitores.
Tres Venatores.
Fama.
Juſtitia Divina.
Angelus Cuſtos Ludovici, & plures alij.
Chorus in Orcheſtra, poſt ſcenas, & in Theatro.
Chorus verſatilis.

OECONOMIA POETICA.

LUDOVICUS ACTOR, & IMITATOR;
STANISLAUS PROTOTYPON, & FAUTOR
INDUCITUR.

PROLOGUS.

AD muſicas preces ex Orcheſtra aperitur Theatrum, ubi Chorus plaudit Societati, quæ Prologum interruptum plauſibus denique peragit. E cælo duo Angeli deſcendunt

dunt, qui multiplici cantûs varietate Actores hilarant, & ſui Chori operam Societati promittunt. Canentes illicò in cælum revolant. Fama volanti curru vaga in Theatrum Actoribus vacuum prodit, civeſque invitat ad ſpectaculum.

PERIOCHA
ACTUS PRIMI.

Pater Petrus Caniſius Societatis JESU, repugnantibus multis, adſcribi ſuis Staniſlaum fecit. Hic idem libellum æquè eruditum, ac pium vulgavit, quem lectitare ſolitus erat Ludovicus. Hac occaſione plenam de Staniſlao notitiam accipit ex Apollonio; & multa ſecum volutans, ſequi tandem præeuntem Staniſlaum convenientiſſimum ducit. Hanc mentem Apollonius Rudolpho ſuo non modò renuntiat, ſed multo etiam verborum ambitu operam ſuam venditat, gratulaturque, quòd abdicato à Fratre Principatui ſufficiendus ſit. Ludovicus interim ad Virginis Deiparæ affuſus aras, conſilium, opemque efflagitat; quē Virginis Signum manifeſtâ voce alloquitur. Tanto favori, & affectûs vehementiæ impar labitur in ecſtaſim. Ægrotantem Staniſlaum videt, ardentiſſimamque febrim cælo querentem audit. Dæmon canem indutus ſtrangulare conatur in mortis vicinia agentem. At Virgo imperio, præſentiâque ſuâ Monſtrum fugat; Staniſlaum hortatur, ut Societatem petat, quod ille, emiſſo voto, ſpondet; Puerumque ſalutis Aſſertorem, & ſalutem pariter à Virgine accipit. Ludovicus ſibi redditus idem, ac per eadem ferè verba votum emittit: præterèa virginalem pudicitiam in gratitudinis ſignum Virgini dicat, quæ viciſſim grata illi per Angelū è cælo mittit lilia ad geſtamen. At Marchio, (cui Nati pietas jam diu ſuſpecta erat,) cum Fratre Alphonſo iter adornat in Cazal-mayor, ubi recenſendus erat exercitus, quem primo vere in Tunetum duceret. Ergò è re fore ſua exiſtimans, ſi Ludovicus militum conſuetudine animum per ſe tenerum, ac pium paulatìm efferet, eum viæ accingi imperat.

SCENA I.
Ticianus, Apollonius, Ludovicus.

Dum Ticianus, & Apollonius colloquuntur, Ludovicus Caniſium legens, fortè incidit in ſententiam de paupertatis

cõmodis, cujus gravitate cõmotus in Authoris laudes divertit. Hac occaſione ex Apollonio intelligit notum illi fuiſſe, ac familiarem in Alemaña Patrem.

Frequenter Lectitabat P. Petrum Caniſium Societatis JESU. Habetur in Hiſtoria apud Virgilium Cepàri.

SCENA II.

Ludovicus, Apollonius.

Multa Apollonius altè orditur de Caniſio; at ſæpe interruptus à Ludovico denique fuſè narrat, quid cum Staniſlao egerit, ut Societati adſcriberetur, & quid ipſe Staniſlaus.

Caniſius Stanislaum Societati adſcribi fecit. Ex Hiſtoria apud Ribadaneyra.

SCENA III.

Ludovicus.

Alterno æſtu in diverſa rapitur; modò ſequi Staniſlaum, Deoque parere in Societatem vocanti deliberat; jam timet offendere invitum Patrem.

SCENA IV.

Rudolphus, Apollonius.

Sermonis longo circuitu Rudolpho nuntiat Apollonius, quæ ſecum verſat Ludovicus: Hæreditatem gratulatur, operâque ſuam in tanto negotio ſpondet.

SCENA V.

Marchio, Alphonſus.

Agunt de itinere in Cazal-mayor, ut milites recenſeant. Marchio Alphonſi monitis comitem Ludovicum deſtinat, ut paulatim in bellicos animos fingat.

Ex Hiſtoria apud Cepàri, & Ribadaneyra.

SCENA VI.

Ludovicus, Imago Virginis.

Ludovicus ad Virginis aram, flexis genibus, orat: afflictum, ac dubium ſolatur, & firmat Virgo manifeſtâ è Signo voce; & ille ingentis gaudij pondere oppreſſus cadit.

Cõſilio allocutæ ſe Virginis in Imagine vulgò do Bom Conſelho votum emiſit intrandi Societatem Ludovicus. Apud omnes.

SCENA

SCENA VII.

Staniſlaus in Lectulo; Virgo cum Puero,
Dæmon, Chorus Angelorum poſt ſcenas.

ORantem Staniſlaum aggreditur Dæmon, ſuprema minitans: appellata ſæpiùs Virgo accurrit, & Hoſtem fugat. Staniſlaus à Virgine monitus intrandi Societatem votum nuncupat, & ſaluti reſtitutus geſtit cum Puero ſibi tradito, dum Chorus Angelorum canit poſt ſcenas. Nubes denique è cælo cadens Puerum rapit è manibus: queſtus, & gemitus Staniſlai mæſtus Angelorum concentus proſequitur.

Omnia habentur in Hiſtoria apud Ribadaneyra.

SCENA VIII.

Ludovicus.

COmpos ſui votum intrandi Societatem facit: deinde Virginitatem profeſſo Angelus è cælo miſſus Virginis nomine tradit lilia, cantu donum cōmendans.

Etiam de Virginitatis voto agitur apud omnes. Lilia ad inſigne Ludovici Geſtamen attinent.

SCENA IX.

Marchio, Alphonſus, Ludovicus, Ticianus,
Apollonius, Præfectus Urbis, Milites.

MIlites hortatur Marchio, ut placere Ludovico ſtudeant per omnes belli artes: vocatum deinde, & multùm repugnantem ſecum ducit ad Cazal-mayor.

Iter, & itineris ratio habetur apud omnes.

CHORUS IN ORCHESTRA.

Docet diverſa ferè patrum, & filiorum ſtudia.

CHORUS VERSATILIS.

Ludovici gratiâ luſtrantur milites.

PERIOCHA
ACTUS SECUNDI.

PRopinquantem Urbi Patrem, & comitatum Ludovicus anteverterat: interim, dum Pater adventat, multa Rudolpho narrat. Primùm queritur nimis ſibi placuiſſe belli faciem; deinde:

ſuis periculis gratulatur, è quibus novit ludum inſolentem bellum dici, quia minimè bellum; poſtremò indicat renuntiare purpuræ, & mundo ſtatuiſſe, quod brevì perficere cogitat. Marchio Palatio reſtitutus poſt civium gratulationes familiariter cum Ludovico loquitur, & bellicoſi animi indicia laudat. At Ludovicus præter ſpem Patris animum, ac votum ſuum aperit. Pater vix ſui compos furit; turbatum componit Alphonſus, ab eoque impetrat, ut ſecum in Caſtelguifredo ire Ludovicum permittat, quem ibi expugnare mollibus poſſe machinis ſperat. Ludovicus attamen propoſiti tenax de fuga agit cum Apollonio, ambiguis primùm verbis, & ſtatim palàm, laudatâ erga ſe fidelitate ſæpiùs probatâ, perlectâque epiſtolâ, quam olim Staniſlaus, Societatis Tyro tunc temporis, reſcripſerat Patri ſuo, & quam ſibi datam à quodam è Societate, pium donum, ſervabat Ludovicus: ſumma eſt: non pœnitere Staniſlaum, quòd, invito, neſcioque Patre, in Societatẽ ſe proripuerit. Ergò apertè profitetur Ludovicus ſe tam ſancti Juvenis exemplum ſecuturum: ambitioſis laudibus confirmat Apollonius. Jam iter in Caſtelguifredo cum Patruo, Fratreque ſuſceperat, cùm Dæmon nociturum ſibi propoſitum ægrè ferens, & in omnem obſtãdi occaſionem imminens, multa de Ludovico queritur: dolet præſertim, quòd coactus ſit eum digito indicatum juvenem ſanctum, & futurum indigitem dicere. Indignatur prætereà, quòd Societas Ludovico ſit auctura ſuas aras, quæ maximè eriguntur ſuper ruinas Inferorum. Furiatus igitur per ſe, & Ruſillum Magum, quem fortè in ſolitudine offendit, procellam concitat, ut Ludovicum opprimat. Viatores tamen, ſedatâ tempeſtate, incolumes veniunt ad fluvium pluvialibus aquis exundantem. Hic majori periculo laboratur; nam currus, qui duos Fratres in ulteriorem ripam tranſmittebat, torrentis impetu, & operà Dæmonis frangitur, parſque poſterior cum Ludovico naufragat. Cælo debetur, quòd præter ſpem non longè invenirentur portitores, qui moribundum ſoſpitarent. Erat in ripa ſacellum S. Barbaræ Virgini poſitum: hic Ludovicum, concepta vota ſolventem, è nube alloquitur Staniſlaus: docet ope ſuâ, & S. Virginis Barbaræ per tempeſtatem, & naufragia ſervari incolumem: inſignem Barbaræ pietatem erga ſibi addictos cõmendat, utpote quæ nullum è vita diſcedere patitur, quin ſalutaribus Eccleſiæ Sacramentis reficiat. Hac occaſione narrat, quod ſibi apud hæreticum Viennæ periclitanti accidit. Denique ſtare propoſitis jubet; fugam verò diſſuadet. Interea Alphonſus Domum venerat, hortatuſque ſuos fuerat, ut omni, quantâ fieri poſſet, induſtriâ Ludovicum hilararent. Hic adeſt cum Fratre brevì, & à Patruelibus blanditiis, cantu, tripudiiſque excipitur; quæ ille omnia impatiens tulit; quòd tamen in tripudium provocaretur,

impati-

impatientiùs: indignabundus igitur erumpit è conſeſſu, & in patriam remeat.

SCENA I.

Ludovicus, Rudolphus, Apollonius.

Ludovicus, qui Patrem in domum redeuntem, & prope Urbem ſubito imbre impeditum anteverterat, Rudolpho memorat itineris caſus, propoſitumque ſuum renuntiandi mundo aperit, quod Apollonius probat.

Non nihil militibus, & Patri dedit. Æneo tormento flãmas injecit imprudens, ac divinitùs periculum evaſit. Hæc narrat, quæ leguntur in Hiſtoria.

SCENA II.

Marchio, Alphonſus, Præfectus Urbis, Ludovicus, Rudolphus, Ticianus, Apollonius, Equites.

Tubarum clangor adventum Marchionis indicat, qui proximè, adhuc tamen in via, equitibus comitantibus, apparet, & brevì excipitur Domi.

SCENA III.

Cubicularius, Citharædi, Marchio cum ſociis.

Marchio civium nomine expreſſas gratulationes audit; Ludovicus bellicas ſui laudes, omenq de futuris.

SCENA IV.

Marchio, Alphonſus, Ludovicus, Rudolphus.

Ludovicus Patrem occupat multa familiariter ordientem, precaturque, ut bonâ ſuâ pace Hæreditati renuntiare,& Societatem ingredi permittat ſibi. Indignatur ille, & minatur.

Sæpiſſimè id à Patre rogavit, ſæpiſſimè iratus Pater negavit. Apud omnes.

SCENA V.

Marchio, Alphonſus.

Alphonſus à Marchione impetrat, ut hoc ſibi mandet negotij, præſumens è propoſito pellere Ludovicum in Caſtelguifredo, quò iter adornabat.

S C E N A VI.

Ludovicus, Apollonius; *exit in fine* Ticianus.

MEmoratâ repulſâ, fugam meditatur Ludovicus, quam mentem Apollonius expiſcatur ex lectâ epiſtola Staniſlai ad Patrem ſuū, quam Ludovicus à quodam Jeſuitâ datam loco rei Sacræ aſſervabat; & diſſimulatâ ambitione, conſilium probat.

Staniſlaus, neſcio, & invito Patre, Societati adſcriptus eſt Romæ, quò fugit. Solicitatus à Patre precibus, & minis, ut Societatem relinqueret, digna conſtanti propoſito reſcripſit. Apud Ribadaneyra.

S C E N A VII.

Dæmon.

INcitat ſe in furias, multa recolens de Ludovico. Præſertim ſuſpicatus, quòd Societatis Sanctis adſcribendis ſit, excandeſcit; eum igitur in via ad Caſtelguifredo interimere deliberat.

Maximè dolet, quòd olim profeſſus ſit per energumenum Ludovicum futurum eſſe indigitem. Apud Ribadaneyra, & Cepàri.

S C E N A VIII.

Rufillus, ejus Miniſter.

DÆmonis juſſu carminibus, myſteriiſque magicis fœdiſſimos Tẽpeſtatum Spiritus evocant ab Inferis: cæca pluviæ, venti, tonitruumque procella diem eripit: inter cœli fragores vota, & clamores muſicè perſonant.

S C E N A IX.

Alphonſus, Ludovicus, Rudolphus, Ticianus, Apollonius, Auriga, Portitores, Dæmon.

FLuvium ſubitâ procellâ exundantem offendunt viatores: currus, qui duos Fratres vehit, aquarum, & Dæmonis impetu defringitur in partes duas; antica in ripam trahitur cum Rudolpho; poſtica cum Ludovico naufragat; cui ope Portitorum occurritur. Victo jam periculo, dum viatores tranſmittunt, S. Barbaræ, cujus ſacellum è ripa eminet, laudes canunt Portitores.

De periculo, fracto curru, & de ſacello prope ripam, quò ſe recepit gratias cœlo acturus, agit Ribadaneyra.

S C E N A X.

DUm Ludovicus ad aras S. Barbaræ ob incolumitatem vota ſolvit, in extaſim è ſolo rapitur, quem è nube alloquitur Staniſlaus: pieta-

pietatem erga Barbaram commendat, docetque quantam ipſe olim à Virgine accepit gratiam, cùm Viennæ apud hæreticum ægrotans recreatus divinitùs fuit SS. Euchariſtiæ Sacramento. Denique, ut ſtet propoſitis, hortatur; ſed furtivam fugam diſſuadet.

Stanislaus Viennæ hæretici Sacramentarij hoſpes ægrotans, SS. Euchariſtiæ Sacramentum accepit, deferente Angelo, præſente S. Barbarâ. Apud Ribadaneyra.

SCENA XI.

Alphonſus, Filia Major, & Minima natu, Cubicularius.

SUadet Pater, ut mæſtum Ludovicum omnibus, quibus liceat, artibus hilarare ſtudeant; eaſque mittit in exteriorem aulam expectatum adventantem. Interim ſolus animum erigit in ſpem vincendi pertinacem.

SCENA XII.

Ludovicus, Rudolphus, Ticianus, Apollonius, Alphonſus, Filiæ, Chorus Virginum.

ALphonſus, à Cubiculario edoctus de Principum adventu, jam ſedentes, & colloquentes adit. Chorus Virginum feſto cantu Ludovicum rogat, ut ætati, genioque indulgeat. Salit cum Rudolpho Minima Patruelis, & ſola canit. Ludovicus verò, à Majore cantu, & geſticulatione provocatus ad tripudium, indignatur, ac è medio erumpit rediturus in patriam.

A Patruelibus provocatus ad tripudium fugit è conſeſſu in abditiſſimum Palatij angulum. Ita Cepári.

CHORUS IN ORCHESTRA.

Virtuti non inimici modò, & extranei, ſed amici etiam, ac propinqui officiunt.

CHORUS VERSATILIS.

Octo Geſticulatores cantu pariter, & artificioſo corporum motu Ludovicū monent, ut ſtet propoſitis.

PERI-

PERIOCHA

ACTUS TERTII.

SUboluit Ticiano fuga, quam Ludovicus olim adornabat, & ſuſpicatus Apollonium hortatorem eſſe, omnia ſtatim ad Marchionem defert, qui Apollonium, multa fruſtra conantem, in carcerem trudi jubet; Ludovicum audit; ſed, nihil ſedato furore, in cubiculo claudi imperat. Hìc Ludovicus, ſibi ſoli iratus, Patris ſupplicia prævertit verberibus. Familiares rimati per valvas, quid intùs agat, Marchioni renuntiant. Pater Filio indolens, & ſeveritati ſuæ cōſulens, per tumultum ex induſtria ſubortum irrumpi jubet in conclave: aperto oſtio, apparet Ludovicus in genua provolutus, cruentataque flagra tenens manu. Marchio, rem aliò trahēs, eū malè probroſis verbis afficit, & ſolus alterno patris, vindiciſque affectu æſtuat. Ticianus timens, ne tandem aliquando cedat Filio, quo fiat, ut Apollonius à vinculis liber capiti ſuo inſultet, eum machinatione verborum aggreditur, ut confeſſionem à negante aucupetur, & ſupplicium præcipitet; veteratorem tamen non fallit. Intereà Ludovicus, Koſtka ſuo amicè queſtus voti moras, Angelici cantûs ſuavitate lenitur vel ad ſomnum: Staniſlaum videt in ſomniis, à quo docetur potentiſſima verba, quibus ſtatìm Patrem potiùs fulminat, quàm alloquitur; ſolviturque *dignus vindice nodus*. Ergò ingenti apparatu purpuræ renuntiat Ludovicus, & gaudio exultans feſtinat Romam. Erat in ſolitudine aliquot milliaria remotâ ab urbe Eremita, cui liberalis Ludovici charitas vitæ neceſſaria impertiebatur. Hic in urbem veniens cometam Gonzagarum Palatio imminentem; nutante ſubitò terrâ, Palatij ruinas; ſerenato denique äere, lucidiſſimam ſtellam, Palatiumque reparatum videt. Ex Angelo diſcit vicinam mortem Ferdinandi; infelix regnum Rudolphi; fortunam Franciſci minimi ætate Fratris. Et jam Ludovicus voti compos Societatis ſuæ, & Fratrum Tyronum amplexibus fruitur.

SCENA I.

Ticianus.

SUſpicatus Ludovicum, authore Apollonio, fugā in Romam adornare, id Marchioni aperire deliberat.

SCENA II.

Marchio, Ticianus.

LUdovicus, & Apollonius accuſantur.

SCENA

SCENA III.

Ludovicus, Apollonius, Marchio, Præfectus Urbis, Milites.

NArrabat Ludovicus Apollonio, ut ſibi fugam diſſuaſerit Staniſlaus. Ecce ſermonem abrumpit adventus Marchionis, qui Apollonium inauditum deferri in carcerem imperat; Ludovicum poſt altercationem in cubiculo ſuo claudi.

SCENA IV.

Præfectus Urbis, Ludovicus, Marchio, Ticianus, Cubicularius, Chorus poſt ſcenas.

JUſſu Marchionis ſcrutatur Præfectus per valvarum rimas, quid intus agat Ludovicus. Hic ob opportunitatem loci ingenioſè gratatur Parenti, & ſe reſonanti flagello concidit: dolet Præfectus, Chorusque poſt ſcenas concinnè gemit. Adeſt Marchio; miſereſcit: ſed affectum importunū diſſimulans, tumultuari jubet, quaſi ſubitis flāmis cubiculum conflagraret. Aperto oſtio, Ludovicum, qui in genua provolutus, flagraque adhuc tenens apparet, ut authorem incendij arguit. Denique, extorto flagro, jubet diſcedere.

Si cantum demas, nihil in hac ſcena fingitur: omnia leguntur apud Cepári.

SCENA V.

Marchio.

FLuctuat, amore, & iracundiâ alternantibus; modò impietatem ſuam erga piiſſimum Filium deteſtatur; jam obſtinatum Filium condemnat. Denique ſtare propoſitis placet.

SCENA VI.

Ticianus, Apollonius.

OMnia tuta circunſpicit Ticianus, ſi Apollonius, perduellionis damnatus reus, vacuam ſibi aulam faciat: quia tamen ille crimen pertinaciter negat, aptiſſimo cōmento fallere tentat, ut ultrò, & palàm fateatur. Eum igitur amicè alloquitur in carcere; ſed verba, quæ dare machinabatur, perdit.

SCENA VII.

Ludovicus, Angelus canens, Staniſlaus.

COgitabundum Ludovicum, multaque renarrantem Staniſlao non ſine

ſine querelis, quòd tandiu ſua vota differri permitteret, ſomnus, comitante Angelico cantu, ſuavior irrepit. Staniſlai affatu per ſomnium fruitur, à quo efficaciſſima diſcit verba, quibus renuntiandi purpuræ, & mundo facultatem à Patre exoret.

SCENA VIII.

Marchio, Ludovicus, Præfectus Urbis, Ticianus.

MArchio, auditis Filij non tam precibus, quàm imperiis, licentiã exoratam ſemel, & iterum pronuntiare conatus, abrupto ſermone, ſtupet; tandem invitus facit. Apollonius è carcere emergens inſultat Ticiano.

Patrem viciſſe tandem efficaciſſimis verbis refert Hiſtoria, ubi ipſa leguntur verba apud Cepàri.

SCENA IX.

Marchio, & Ludovicus *purpurâ induti*, Rudolphus, Præfectus Urbis, Apollonius, Ticianus, Comitatus.

SPectabili apparatu, & ſolemnitatibus Juris Hæreditati renuntiat Ludovicus: ſufficitur Rudolphus.

Ita in Hiſtoria.

SCENA X.

Marcus Eremita, Angelus è nube, Chorus poſt ſcenas.

MArcus Eremita, Ludovici beneficio victitare ſolitus, Urbem petit. E nemore nondum emerſus ex Angelo diſcit Ludovicum, abdicatâ purpurâ, migraſſe Romam, ut Societati JESU nomen adſcribat: malignæ lucis cometam Gonzagarum Domui imminentem; Domûs ruinas, trepidante terrâ; &, jam reparato Ædificio, ſerenæ lucis ſtellam videt: Angelus inſtantem Ferdinandi mortem; exitiale regnũ Rudolphi; felicitatem Franciſci ſucceſſoris interpretatur. Auditur etiam Chorus poſt ſcenas.

De his omnibus eventibus meminit Cepàri in Hiſtoria Ludovici.

SCENA XI.

Societas JESU, Ludovicus, Comitatus, Novitij Fratres.

LUdovicus à Matre Societate exceptus brachiis, & ſtatim à Fratribus triplicati amplexûs morâ geſtit præ gaudio.

CHORUS

CHORUS IN ORCHESTRA.

Conſtans virtus nec minis, nec precibus vincitur.

CHORUS VERSATILIS.

Memoratis, & oculis etiã datis beneficio picturæ, Ludovici, & Staniſlai victoriis, plaudũt ſibi Virtutes.

PERIOCHA
ACTUS QUARTI.

Rudolpho regni pondere oppreſſo, & Fratris otium invidenti ſuadet Apollonius impiè eloquens, ut curis vacuus totum ſe genialibus oblectamentis tradat; maximè cõmendat venatum; cui dum accinguntur, Fama in curru vaga à cantu Ludovici laudes orditur. Deinde nudâ pronuntiatione refert qualem Novitium egit, & quantam in ſpem Societatẽ nunc erigit. Venatui indulget Rudolphus, quem obvius Eremita mæſtiſſimâ narratione funeſtat; audire tamen pergit Apollonium, qui Seni irridet, & meras nugas, quidquid ille prædicit, vocat. Interim Ludovicus, jam aliquot annos profeſſus tria vota, plenus gaudio Societatem audit multa differentem, & ipſe non nulla ad res à ſe geſtas attinentia modeſtè ex opportunitate ingerit. Ingreſſus deinde illud idem cubiculum, in quo Staniſlaus diſceſſit è vita, ejus facinora tabellis circum undique appenſis mandata, Societate interpretante, miratur. Maximè feliciſſimæ mortis maturitatem invidet, quam à Deo impetrâſſe Societati, quæ ſecum ſola illius merita recolebat, nuntiat.

SCENA I.

Rudolphum Imperii curas indignantem, & Ludovici otium invidentem occupat Apollonius, monetque, ut ætati, genioque indulgeat. Ergò venatui accinguntur.

SCENA II.

Fama.

Sublimis curru ſuo ſe cantu prodit, religioſaſque Ludovici laudes longè vaga ſpargit; & iterum canit.

SCE-

SCENA III.

Chorus Venatorum, Tres alii Venatores, Ticianus, Rudolphus, Apollonius *in equis.*

DUm clamoribus non inconcinnis Venatorum, & ferventi operâ ſtrepit nemus, intelligit ex Ticiano Rudolphus à Marco Eremita in alloquium peti.

SCENA IV.

Eremita, Rudolphus, Ticianus, Apollonius.

RUdolphus attonitus audit Eremitam Domûs ſuæ ruinas ob ipſius crimina prædicentem, quem Apollonius opprobriis oneratum cogit diſcedere.

Malè audit Rudolphus in Hiſtoria Ludovici apud omnes.

SCENA V.

Angelus, Eremita.

ANgelus per aëra volitans laudes canit Ludovici Jeſuitæ, quem Stanislao, & utrumque Angelis parem dicit. Eremita Ludovici famam, Rudolphi infamiam ponderans, in fallaces hominum cogitationes declamat.

Angelus vulgò dicebatur Ludovicus. Apud Ribadaneyra.

SCENA VI.

Societas JESU, Ludovicus.

DUctus ſermo à Religioſæ Vitæ bono divertit in vulgarem hominum errorem, qui libertatem vivendi ſolicitis curis, & criminibus ferè obnoxiam, felicitatem putant. Hac occaſione refert Ludovicus Fratris Rudolphi, & Ducis Mantuæ diſcordias jam ad arma ſpectantes, quas ille Patriam adire juſſus, profeſſionis ſuæ authoritate ſedavit: addit præterèa alia Rudolphi mala, quibus remedio fuit.

Quæ Ludovicus Societati narrat, leguntur in Hiſtoria apud omnes.

SCENA VII.

Societas, Ludovicus.

LUdovicus à Societate ductus in interius cubiculum, quod Stanislaus morte ſuâ religioſum fecit, ejus facinora in tabellis è parietibus pendentibus adumbrata oculis percurrit.

SCENA VIII.

Societas JESU.

GAudet, res benè geſtas à Ludovico ſuo curſim recolens.

SCENA IX.

Societas JESU, Ludovicus.

LUdovicus Societati nuntiat optatam ſibi mortem, qualem Stanislaus meruit, & picta in cubiculo tabella poſteritatis admirationibus ſervabat, impetrâſſe.

Ludovico, & Stanislao revelatam fuiſſe mortis diem, legitur in Hiſtoria.

CHORUS IN ORCHESTRA.

Luget nimis brevem bonorum vitam.

CHORUS VERSATILIS.

DUm prodit in Theatrum, mæſtè deplorat acerba Ludovici fata: ſed eſt, qui moneat de importunitate luctûs. Ordinatur ergò Chorea, & in Patria viventi, gaudentique cum Fratre plauditur.

PERIOCHA
ACTUS QUINTI.

LUdovicus vitâ functus evocatur ad judicium, cui obvius Staniſlaus futuri ſtatìm gaudij ſpem facit. Adeſt accuſator Dæmon, & conſtantiam Societatem JESU ambientis, moleſtam Patri pervicaciam, ac impietatem vocat. Rejicitur tamen. Divina Juſtitia Ludovicum Æternis Gaudiis dignum pronuntiat. Præterèa ponendas illi olim, cùm ſcilicet jam decretæ Staniſlao ponentur, in Militanti Eccleſia univerſa aras promittit. Gratulatur S. Ignatius de Loyola Filio, Staniſlaus Fratri, manifeſtâque Divinitate fruuntur.

SCENA I.

Angelus.

E Nube tubâ, & voce canit Ludovicum ad judicium vocans.

SCENA II.

Ludovici Anima, Angelus ejus Cuſtos, Staniſlaus.

OBvio ſibi Staniſlao gaudet Ludovicus, & ſpe futuræ felicita-

tis impletur.

SCENA III.

Juſtitia D., Ludovicus, Angelus Cuſtos, Duo Angeli *Juſtitiæ Lictores*, S. Ignatius, Staniſlaus, Dæmon.

AD tribunal Juſtitiæ ſiſtit Ludovicus, quem Dæmon accuſat, quòd purpuræ renuntiaturus Parenti gravis fuit impiâ pertinaciâ: deturbatur tamen è judicio, &, occurrente S. Ignatio, (quem hoſtem ſibi infenſiſſimum maximè timet,) Staniſlaoque, in Inferos mergitur.

SCENA IV.

Juſtitia D., Ludovicus, S. Ignatius, Staniſlaus, Angeli.

DEclarat D. Juſtitia Ludovicum piè ſemper cum Patre egiſſe: judicat deinde meruiſſe æternùm frui Beatæ Gloriæ bonô *vitæ iñocentiâ, & deſpectu Principatûs illuſtrem*. Inſuper aras in Eccleſia Militanti univerſa ponendas Staniſlao ſimul virtutis, & vitæ profeſſione pari, honoremque Protectoris bonis artibus ſtudentium promittit.

SCENA V.

S. Ignatius, Ludovicus, Staniſlaus.

PArentis, & Fratrum gratulationes.

SCENA VI.

S. Ignatius, Ludovicus, Staniſlaus, Chorus Angelorum.

MAnifeſtâ Divinitate, beatur Ludovicus: colloquia, & Angelorum cantus alternantur, dum paulatìm interpoſitæ nubes plenum majeſtatis, & gaudij ſpectamentum eripiunt oculis.

CHORUS IN ORCHESTRA.

Proſphoneticon.

CHORUS VERSATILIS.

OCto Angeli variè cantus alternantes è cælo nubibus deſcendunt in Theatrum, ubi deſuetâ mortalibus Choreâ Ludovico, & Staniſlao, Angelicis Sociis, plaudunt.

LUIZ, E ESTANISLAO

TRAGICOMEDIA.

COMPENDIO DO ARGUMENTO.

NO meſmo anno de 1568, em que S. Luis Gonzaga da Companhia de JESUS, filho primogenito de D. Fernando Gonzaga Principe do Imperio, & Marquez de Caſtilhone tinha naſcido aos 9 de Março, morreo aos 14 de Agoſto em Roma ſendo Noviço S. Eſtaniſlao Koſtka da meſma Companhia de JESUS, filho ſegundo de Joaõ Koſtka nobiliſſimo Senhor Polaco, em cuja Caſa tem havido Senhores Palatinos, Eleytores, & muitas Purpuras, & Dignidades eccleſiaſticas. Naõ foraõ eſtes dous Mancebos mais ſemelhantes na nobreza de ſangue, deſprezo do mundo, & profiſſaõ de vida, que na innocencia de coſtumes. Entre ſuas acções todas maravilhozas principalmente admira a heroica reſoluçaõ, & firme conſtancia, com que pertenderaõ a Companhia de JESUS, & vencidas graviſſimas difficuldades, que lhe oppunhaõ pais, & parentes, entraraõ nella com 18 annos de idade. A ambos juntamente canonizou o SS. P. Benedicto XIII. em Dezembro de 1726.

PESSOAS.

S. Luiz Gonzaga.
S. Eſtaniſlao Koſtka.
S. Ignacio de Loyola.
Companhia de JESUS.
D. Fernando Gonzaga Marquez de Caſtilhone, Pai de S. Luiz.
D. Affonſo Gonzaga Senhor de Caſtelguifredo, Irmaõ do Marquez.
Rodolpho Irmaõ de S. Luiz.
Governador de Caſtilhone.
Ticiano Ayo de S. Luiz.
Apollonio Ayo de Rodolpho.
Cubiculario.
Cocheiro.
Marcos Ermitaõ.
Filha Mayor, & Menor de D. Affonſo.
Rufillo Mago.
Miniſtro de Rufillo.
Diabo.
Dous Citharedos.
Quatro Barqueiros.
Tres Caçadores.

Fama.
Juſtiça Divina.
Anjo Cuſtodio de S. Luiz, & outros.

Coro nà Orcheſtra, de traz dos baſtidores, & no Teatro.
Coro Verſatil.

ECONOMIA POETICA.

AInda que ſó o nome dos heroes, que daõ materia as Tragedias, & Tragicomedias, determina o aſſumpto dellas; o qual ſempre hè a mais heroica de ſuas acçoẽs; com tudo, para mayor clareza, & facil intelligencia de todos, pareceo conveniente advertir, que ſe toma por aſſumpto principal deſta Tragicomedia a conſtante reſoluçaõ, comque S. Luiz, & S. Eſtaniſlao, deſprezada a grandeza de ſuas Caſas, pertenderaõ a Minima Companhia de JESUS, em que vivendo, & morrendo ſantamente foraõ canonizados; aſſim porque eſta he huma das acçoẽs mais heroicas, que delles ſe ſabe: & por iſſo digna materia deſte genero de repreſentaçaõ, que deve participar a gravidade Tragica, como tambem porque tratando eſte aſſumpto, ſe pode cõmodamente dar noticia de todas ſuas acçoẽs virtuozas, & illuſtres ſucceſſos. Huma ſó difficuldade ſe offerece, & hè; que, como eſtes dous S.S. em nenhum tempo, ou lugar viveraõ juntamente, ſe jũtamente ſe introduzirem no Theatro, ſerà incrivel tudo, o que repreſentarem; o qual vicio he mayor neſta, que em outra qualquer Poezia. Para ſe evitar tam grande inconveniente, ſem faltar ao theatral applauſo, que ſe manda dar juntamente aos dous S.S. canonizados, determinaſe para a Repreſentaçaõ o tempo, em que S. Luiz pertendeo, viveo, & morreo na Companhia, introduzindo a eſte Santo *Imitador de S. Eſtaniſlao*, *& a S. Eſtaniſlao ſeu Exemplar*, *& Protector*. Deſte modo as acçoẽs de S. Luiz ſeraõ repreſentadas, & as de S. Eſtaniſlao referidas: repreſentarà no theatro, como ainda vivo, S. Luiz; & S. Eſtaniſlao ſó apparecerà vindo do Ceo, como jà defunto, & no meſmo Ceo depois da morte de S. Luiz: & porque as Canonizaçoẽs ſuccederaõ muitos annos depois deſte tempo determinado, naõ ſe repreſentaraõ, como celebradas, mas deter minarſe haõ de preſente por decreto da D. Juſtiça para o futuro. Finalmente declaraſe, que os Actos ſe dividem entre ſi naquelle lugar, em que hè neceſſario interporſe tempo mais notavel, para ſe continuarem os ſucceſſos, que em cada hum delles ſe trataõ.

PRO-

PROLOGO.

TAntoque a rogos do Coro nà Orcheſtra ſe corre a Cortina, a Companhia de JESUS applaudida repetidas vezes pelo Coro do Theatro deſde hum mageſtoſo trono propoem aos Interlocutores, que quaſi todos eſtaõ preſentes, a occaſiaõ, & materia do Acto, que quer ſe repreſente. Deſcem dous Anjos em nuvens alegrando com feſtivo, & alternado canto aos circunſtantes; & ſendo recebidos com plauſivel muſica pelo Coro do Theatro, cantando ambos offerecem ſua aſſiſtencia, & favor do Ceo empenhado na meſma Acçaõ à Companhia de JESUS, a qual depois de algumas expreſſoẽs de agradecimento deſaparece, recolhendoſe juntamente os Interlocutores: ſobem os Anjos cantando. A Fama finalmente em carro volante cantando convoca a Cidade ao Acto.

Corrida a Cortina, o Theatro, & Poſcenio repreſentaõ Palacio.
Feito o Prologo, fechaõ as ultimas corrediças do Poſcenio.
Logo que a Fama ſahe, ſe muda o Theatro, & Poſcenio em Paiz.
Antes que a Fama acabe, fecha a Scena Media de Paiz.

ACTO PRIMEIRO.

SCENA I.

Luiz, Ticiano, Apollonio.

FAllaõ os dous Ayos entre ſi da inclinaçaõ de Luiz à virtude, Luiz entre tanto ſentado no interior de ſua camara lè hum livro eſpiritual composto pelo Padre Pedro Caniſio da Companhia de JESUS, que negociou muito a entrada de Eſtaniſlao na Companhia ſendo Provincial em Alemanha. Com eſta occaſiaõ tem Luiz a primeira noticia de Eſtaniſlao dada por Apollonio, que em a Alemanha conhecera a ambos.

Logo no principio do Acto abre a Scena Media; o Theatro, & Poſcenio ſe mudaõ em Palacio.

SCENA II.

Luiz, Apollonio.

INformaſe Luiz em particular das couſas de Eſtaniſlao. Percebe Apollonio, que o exame tem mais alto motivo, que a curioſidade; & occorrendolhe, que pode intereçar muito, ſe Luiz, para entrar na Companhia, renuncia o Eſtado em Rodolpho ſeu Amo, fallalhe à vontade, & inculcalhe ſeu meſmo Confeſſor, (que era da Companhia,) de-

quem podia ter mais particulares noticias.

SCENA III.

Luiz.

DIſcorre ſobre ſeus intentos, & exemplo de Eſtaniſlao, novo motivo para entrar na Religiaõ; mas fica indeterminado, conſiderando naõ lho permittirá ſeu Pai.

No principio da Scena fecha a Scena Media de Palacio.

SCENA IV.

Rodolpho, Apollonio.

SAhem a divertirſe em o Jardim de Palacio, aonde Apollonio deſcobre a Rodolpho ſeu Amo os penſamentos de Luiz, que elle determinava fomentar, para que Rodolpho ſuccedeſſe no Principado. Naõ hè recebida a nova com o alvoroço, que eſperava. Interrompe a pratica avinda do Marquez.

No principio da Scena abre a Scena Media, & ſe muda o Theatro em Paiz, & o Poſcenio em Jardim.

SCENA V.

Marquez, D. Affonſo.

TRataõ da jornada, que eſtaõ para fazer a Cazal-mayor, aonde hade paſſar moſtra o exercito, que o Marquez, como General, deve levar a Tunes por ordem do Rey Catholico. Occorre ao Marquez levar a Luiz, para o divertir da ſua piedáde, que lhe parecia nimia, & o afeiçoar ás armas.

No mèyo da Scena fecha a Scena Media de Paiz.

SCENA VI.

Luiz, Imagem de N. Senhora.

APparece Luiz na Capella interior do Palacio em oraçaõ diante de huma Imagem de N. Senhora, que com voz clara lhe falla, & manda ſeguir o exemplo de Eſtaniſlao, ao qual lhe moſtra em milagróza viſaõ.

Logo no principio da Scena abre a Scena Media; o Theatro ſe muda em Palacio; o Poſcenio em Capella.

SCENA VII.

Luiz, Eſtanislaõ, N. Senhora com o Menino, Diabo, Coro detraz dos baſtidores.

Luiz

LUiz alienado de ſentidos com a vehemente alegria pelo favor recebido, recebe outro muito a propoſito. Vê a Eſtaniſlao enfermo, a quem o Diabo em figura horrivel pertende affogar. Foge o Inimigo à viſta da Senhora, que invocada por Eſtaniſlao apparece em nuvem com o Menino JESUS nos braços. Eſtaniſlao por conſelho da Senhora faz voto de entrar na Companhia. Deſaparece a Senhora deixandolhe ao Menino. Canta o Coro encuberto as caricias entre ambos. Deſce huma nuvem, que arrebata ao Menino; & deſaparece toda a viſaõ, lamentandoſe Eſtaniſlao, & o Coro triſte.

No principio da Scena abrem as ultimas corrediças. Depois de pouco tempo ſe muda o Poſcenio em Gloria. No fim da Scena fechaõ as ultimas corrediças; & o Poſcenio ſe muda em capella.

SCENA VIII.

Luiz, Anjo.

REſtituido a ſeus ſentidos, & cheo de admiraçoens faz voto de entrar na Companhia com as meſmas expreſſoẽs, que Eſtaniſlao o fizera; & em eſpecial obſequio da Senhora promette logo perpetua virgindade. Em final de que foi aceito eſte voto, & da pureza, com que ſerà obſervado, hum Anjo cantando-lhe traz do Ceo hum ramo de açucenas mandado pela Puriſſima Virgem.

Acabada a Scena, fecha a Scena Media de Palacio.

SCENA IX.

Marquez, D. Affonſo, Luiz, Ticiano, Apollonio, Governador da Cidade, Soldados.

DEpois que o Marquez, & D. Affonſo tem exhortado aos Soldados, que exercitem nas armas, & affeiçoem a ellas a Luiz em todas as occaſioẽs daquella jornada, chamado eſte por ordem do Pai he levado contra ſua vontade.

Acabada a Scena, abre a Scena Media; o Theatro, & Poſcenio repreſentaõ Palacio.

CORO NA ORCHESTRA.

Saõ muitas vezes contrarias as inclinaçoens dos pais, & dos filhos.

CORO VERSATIL.

HUma Companhia de Soldados veſtidos de armas brancas, & armados

